DE ARIS GRAECORUM
PLURIBUS DEIS
IN COMMUNE POSITIS.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS MAURER

DARMSTADIENSIS.

DARMSTADII

APUD EDUARDUM ZERNIN.

MDCCCLXXXV.

Darmstadii typis C. W. Leske.

PARENTIBUS

S.

CONSPECTUS OPERIS.

CAPUT IV.

INDICES.

DE ARIS GRAECORUM
PLURIBUS DEIS
IN COMMUNE POSITIS.

Constat late patuisse per totam Graeciam morem pluribus deis communes aras consecrandi. Qua ratione qui iunguntur dei vocantur σύμβωμοι vel ὁμόβωμοι vel ὁμοβώμιοι, ipsa deorum societas κοινοβωμία. Velut de Iove, Apolline, Neptuno, Mercurio Argis communiter colendis haec sunt verba Aeschyli in Suppl. v. 221 πάντων δ᾽ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν / σέβεσθε.

Συμβώμων deorum notionem exempla comprobant haec:

Plut. quaest. conv. VII 6 p. 708 καὶ καθάπερ οἱ θεῷ θύοντες ἅμα συμβώμοις καὶ συννάοις κοινῶς συνεπεύχονται, καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἐκείνων μὴ ὀνομάζοντες. Idem de fratr. am. 21 p. 492 ἀλλὰ καὶ νῦν πολλαχοῦ σύμβωμός ἐστιν Ἰόλαος αὐτῷ (scil. Herculi), καὶ συγκατεύχονται, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες.

Cornut. de nat. deor. 24 παρέδρους δὲ καὶ συμβώμους τὰς Χάριτας ἔχει (scil. Venus) καὶ τὴν Πειθὼ καὶ τὸν Ἑρμῆν.

Schol. ad Pind. Olymp. V 10 Ἡρόδωρός φησι τὸν Ἡρακλέα ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱδρύσασθαι δώδεκα θεῶν ἀγάλματα, συμβώμους δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι ἓξ βωμοὺς κατασκευάσαντα . . . . καὶ ἄλλοις θεοῖς βωμοὺς (scil. ἱδρύσατο), ἓξ τῷ ἀριθμῷ. συμβώμων τῶν ιβʹ θεῶν, καὶ πρῶτον τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, ᾧ σύμβωμον ἐποίησε τὸν Ποσειδῶνα.

Strabo XI p. 512 ἐν δὲ τῷ πεδίῳ πέτραν τινὰ προσχώματι συμπληρώσαντες εἰς βουνοειδὲς σχῆμα ἐπέθηκαν τεῖχος καὶ τὸ τῆς Ἀναΐτιδος καὶ τῶν συμβώμων θεῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο, Ὠμανοῦ καὶ Ἀναδάτου Περσικῶν δαιμόνων.

Artemid. onirocr. II 39. Σάραπις καὶ Ἶσις καὶ Ἄνουβις καὶ Ἁρποκράτης αὐτοί τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν καὶ τὰ μυστήρια καὶ πᾶς ὁ περὶ αὐτῶν λόγος καὶ τῶν τούτοις συννάων τε καὶ συμβώμων θεῶν ταραχὰς καὶ κινδύνους καὶ ἀπειλὰς καὶ περιστάσεις σημαίνουσι, ἐξ ὧν καὶ παρὰ προσδοκίαν καὶ παρὰ τὰς ἐλπίδας σώζουσιν.

C. I. G. 2230 titulus Chii repertus:
Ἴσιδι, Σαράπιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρποκράτει, θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις εὐχήν.

Titulus Delius Bull. de corr. hell. VI p. 328 num. 22:
Διὶ Οὐρίῳ, Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρφοκράτει θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις.

Rarior est ὁμοβώμιος vox, qua primus et fere solus scriptorum utitur Thucydides III 59: αἰτούμεθα ὑμᾶς, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι τάδε. Is enim locus respici videtur a Polluce VI 155, ὁμοβώμιος inter composita cum ὁμο- referente. In titulis ὁμοβώμιοι non dicuntur nisi Augusti Σεβαστοί:

C. I. G. 3831 a[14] titulus Asiaticus:
. . . καὶ τῆς εἰς τοὺς Σεβαστοὺς [ὁμοβωμίους θεοὺς εὐσεβείας.]
. . . καθὼς μεγίστη καὶ καλλίστη
αὔξουσ[α] Σεβαστοῖς ὁμοβωμίοις θεοῖς.

C. I. G. 3831 a[15]:
. . . θεῶ]ν τῶν Σεβαστῶν τῶν ὁμοβωμίων.
. . . θεῶν ὁμοβωμίων Σεβασ[τῶν.

Ann. dell' Inst. XXIV p. 194 titulus Aegyptius:
ἱερεὺ]ς μὲν τῶν ὁμοβωμίων θεῶν Σεβα[στῶν.

Altera forma ὁμόβωμος apud Hesychium servata est s. v. ὁμόβωμοι θεοὶ ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρος καὶ Κόρης εἰσίν, ubi ὁμοβώμιοι ne corrigamus suasore M. Schmidtio iam prohibet titulus Atticus saeculi IV. nuper repertus (Mitth. d. arch. Inst. in Athen II p. 241):

Τηλέμαχ]ος σ' ἵέρωσε Ἀσκληπιῷ ἠδὲ ὁμοβώμοις.

Quod his vocibus sollemnibus probatur, idem luculenter confirmatur eo, quod arae duobus pluribusve deis dicatae et apud scriptores et in titulis lapidibus incisis Graecis plurimae commemorantur. Item Romanos, postquam disciplinam et humanitatem Graecorum in Italiam asciverunt, deos Graecos cum suis deis componere solitos illum quoque morem a Graecis esse mutuatos multa exempla demonstrant.

Inter recentiores viros doctos primus de communibus aris exposuit Arnaldus (Arnaud) in libri de deis παρέδροις

(Hagae comitum 1732) conscripti capite XI. Qui cum de omnibus loquatur rationibus, quibus coniuncti inveniuntur dei, quamquam vim vocabuli σύμβωμος perspexit,[1]) tamen neque exempla a scriptoribus tradita — tituli enim tum fere nulli praesto erant — diligenter in censum vocavit sanumve iudicium adhibuit et plura admiscuit ab hac re aliena. Neque enim a συμβώμοις deis seiunxit[2]) eos, qui dei πάρεδροι dicuntur, quorum statuae in vicino positae, quibus donaria in commune dicata sunt; haec autem omnia accurate discernenda sunt deos συμβώμους examinaturo.

Uberius rem denuo examinavit Ernestus Curtius, (qui iam anno 1862 κοινοβωμίαν leviter tetigerat in commentatione „Attische Studien" I p. 40 seqq.) in libello commentationibus Academiae Berolinensis anni 1881 inserto, qui inscribitur „Altäre von Olympia", cum de sex aris ageret, quae binis deis communiter dicatae inter ceteras aras, quibus Olympiae solum abundat, et vetustate et religione excellebant.

Ipse tanti viri auctoritate commotus operae pretium facturus mihi videor, cum ex testium fide, qui ubique dei deaeque communi ara consociati inveniantur, explorare mihi proponam.

Excludentur autem ab hac quaestione arae eorum deorum, quorum necessaria est societas ipso nomine vel cultu effícta: velut Castorum,[3]) Parcarum,[4]) Musarum,[5]) Nympharum,[6]) Horarum,[7]) Ventorum.[8])

1) cfr. p. 64: quod modo de συννάοις diis diximus, nunquam sine ratione veteres duo numina uno in templo coniunxisse, id vel maxime hic locum habet: nullo enim artiore religionis vinculo deos constringere poterant, quam si eos sacris socia super ara peractis venerarentur.

2) cfr. p. 65 seqq.

3) cfr. ut exemplis utar de Castoribus titulum Atticum C. I. A. III 195 vel de deis μεγάλοις Samothracae adoratis Mitth. d. arch. Inst. in Athen VI p. 206.

4) cfr. Paus. V 15,4 Olympiae, II 11,8 Sicyone.

5) cfr. Paus. I 19,6 Athenis.

6) cfr. Kaibel epigr. Gr. ad. 828 Pari.

7) cfr. Paus. V 15,3 Olympiae.

8) cfr. Paus. II 12,2 Titanae.

Nec minus excludentur, quarum similis est ratio, arae duodecim deis dicatae, quae Athenis,[1] in Lecto,[2] ad Hierum,[3] exstabant.

Dei deaeque in Atticorum systema duodecim deorum recepti et ex adnotatione scholiastae ad Apollonium Rhodium II 535[4] et ex arae anaglyphis noti sunt, quae olim in villa Borghese, nunc in museo Parisino servatur[5]. Plura de duodecim deis invenies apud Petersenum, „das Zwölfgöttersystem der Griechen und Römer" et apud Lehrsium in commentatione libro „Populäre Aufsätze" inserta p. 235.

De aris in deorum omnium honorem dicatis infra breviter exponam, exempla ea prolaturus, ubi uni deo principi reliqui omnes in universum sociantur.

Ita autem quaestionem instituam, ut Ernesti Curtii vestigiis insistens Pausaniae locum de Olympiae aris pro fundamento habeam et primum, quinam dei saepius coniungantur aris exponam, deinde reliquos secundum loca, ubi coli dicuntur, enumerem duobus capitibus, quorum priore de Graecorum deis agam, additis deorum exterorum societatibus, altero de deis Romanorum communi ara cultis, quibus manes mortuorum ad heroum honores provectorum adnectentur.

[1]) cfr. Thuc. VI 54. Herod. VI 108.

[2]) cfr. Strab. XIII p. 605.

[3]) cfr. Apoll. Rhod. II 531.

[4]) Paria haec sunt: I. Iuppiter et Iuno,
II. Neptunus et Ceres,
III. Apollo et Diana,
IV. Vulcanus et Minerva,
V. Mars et Venus,
VI. Mercurius et Vesta.

[5]) cfr. Visconti, Mus. Pio Clement. VI tab. B.

CAPUT I.

Arae Olympicae.

A.

VI arae communes ab Hercule conditae.

De XII deis, quorum binis in ara communi Olympiae in Alti sacra fiebant, certam memoriam servarunt Pausanias, qui copiose a libri V capite 14,5 usque ad caput 15,7 undeseptuaginta aras tractat, in quibus Elei sacrificabant, et grammaticus in adnotatione ad Pindari carmen Olymp. V 10, qui ex Herodori Heracleotae, V. saeculi mythographi, libro de Hercule hausit.[1]) Ad hunc enim locum, cum Pindarus dicat:

> ὃς . . . βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν
> ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις.

haec adnotant scholia vetera:

Ἡρόδωρός φησι τὸν Ἡρακλέα ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱδρύσασθαι δώδεκα θεῶν ἀγάλματα, συμβώμους δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι ἓξ βωμοὺς κατασκευάσαντα. § ἄλλως· Ὀλυμπίασι βωμοί εἰσιν ἓξ δίδυμοι τοῖς δώδεκα θεοῖς ἀνιδρυμένοι, ἑνὸς ἑκάστου βωμοῦ δύο θεοῖς καθωσιωμένου· πρῶτος Διὸς καὶ Ποσειδῶνος, δεύτερος Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς, τρίτος Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος, τέταρτος Χαρίτων καὶ Διονύσου, πέμπτος Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ, ἕκτος Κρόνου καὶ Ῥέας, ὥς φησιν Ἡρόδωρος. § ἀφ' ἱστορίας τοῦτο εἴληφεν. ἱστορεῖ γὰρ περὶ τῶν ἓξ βωμῶν Ἡρόδωρος γραμματικός· ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ἦλιν τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱερὸν ἱδρύσατο Διὸς Ὀλυμπίου, καὶ Ὀλυμπίαν τοῦ θεοῦ ὁμώνυμον τὴν χώραν ἔθετο· ἔθυσε δὲ αὐτῷ αὐτόθι, καὶ ἄλλοις θεοῖς βωμοὺς, ἓξ τῷ ἀριθμῷ, συμβώμων τῶν ιβ' θεῶν, καὶ πρῶτον τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου.

[1]) cfr. Müller., fragm. hist. Gr. II 36 fragm. 29.

ᾧ σύμβωμον ἐποίησε τὸν Ποσειδῶνα· β' Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς. γ' Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος, δ' Χαρίτων καὶ Διονύσου. ε' Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ, ς' Κρόνου καὶ Ῥέας· καὶ ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἦγον τὴν ἑορτὴν βουθυσίας ποιοῦντες καὶ ἀγῶνας ἐπιτελοῦντες.

Idem ex altera adnotatione scholiastae ad carmen Olymp. X 58

τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ
μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων θεῶν

comperimus: μετὰ δὲ τῶν δώδεκα θεῶν τοὺς βωμοὺς ἐποίησε. . . . βωμοὺς γὰρ ἵδρυσε διδύμους ἕξ.

Huc accedit Apollodori locus in biblioth. libro II 7,2: ἔθηκε (scil. Hercules) δὲ καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, Πέλοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἓξ ἐδείματο.

Atque easdem aras Pausanias in descriptione notat, reliquis, in quibus deinceps sacra fiebant ab Eleis, suo loco insertas:

V 14,5 μετὰ δὲ τοὺς κατειλεγμένους Ἀλφειῷ καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ.

V 14,6 μετὰ δὲ τοῦτον Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ βωμός ἐστιν ἐν κοινῷ.

V 14,8 πρὸς δὲ τῷ τεμένει τοῦ Πέλοπος Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν κοινῷ, μεταξὺ δὲ αὐτῶν Μουσῶν καὶ ἐφεξῆς τούτων Νυμφῶν ἐστι βωμός.

In loco hiatu deformato V 14,5 intercidit memoria ararum Saturni et Rheae, Iovis et Neptuni, Iunonis et Minervae. Legimus enim V 14,5: θύουσι δὲ Ἑστίᾳ μὲν πρώτῃ, δευτέρῳ δὲ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ ἰόντες ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν ἐντὸς τοῦ ναοῦ. τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ * * * καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία. τέταρτα καὶ πέμπτα Ἀρτέμιδι θύουσι καὶ Ληΐτιδι Ἀθηνᾷ. ἕκτα Ἐργάνῃ.

In his et lacuna agnoscenda post vocabulum βωμοῦ [1]) et corrupta esse videntur vocabula post θυσία. Itaque iam

[1]) Dindorfius lacunam statuit post verba τρίτα δὲ ita: τρίτα δὲ * * * ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία· τέταρτα καὶ πέμπτα Ἀρτέμιδι θύουσι καὶ Ληΐτιδι Ἀθηνᾷ, ἕκτα Ἐργάνῃ.

Coraes hunc locum emendare conabatur ita, ut scriberet: τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ |Κρόνῳ καὶ Ῥέᾳ, τέταρτα Διὶ καὶ Ποσειδῶνι, ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ| καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία· πέμπτα Ἀρτέμιδι θύουσι Λατωΐδι καὶ Ἀθηνᾷ, ἕκτα Ἐργάνῃ vel Λατωΐδι· καὶ Ἀθηνᾷ ἕκτα Ἐργάνῃ.

Rectius autem Buttmannus, ut et Pausaniae satisfaceret et, quae is refert, cum Herodori memoria conciliaret, locum hoc modo refinxit: θύουσι δὲ Ἑστίᾳ μὲν πρώτῃ, δευτέρῳ δὲ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὶ ἰόντες (θύοντες Curtius) ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν (τῶν βωμῶν τῶν Curtius) ἐντὸς τοῦ ναοῦ· τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ [Κρόνῳ θύουσι καὶ Ῥέᾳ, εἶτα Λαοίτᾳ Διὶ καὶ Ποσειδῶνι Λαοίτᾳ· ἐπὶ δὲ ἑνὸς βωμοῦ] καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία. [πέμπτα Ἥρᾳ Λαοίτιδι] θύουσι καὶ Λαοίτιδι Ἀθηνᾷ, ἕκτα Ἐργάνῃ, collato loco cap. 24,1: παρὰ δὲ τοῦ Λαοίτα Διὸς καὶ Ποσειδῶνος Λαοίτα, παρὰ τούτων τὸν βωμόν.

Quam coniecturam probaverunt O. Muellerus,[1] I. Bekkerus, E. Curtius.

Minus certe placet quod Schubartius et Walzius in editione statuerunt: τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ [Κρόνῳ καὶ Ῥέᾳ· ἐντὸς τοῦ ναοῦ] καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία.

Nec probabilius Kindscherus[2] ita hunc locum constituit: τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ Διὶ θύουσι καὶ Ποσειδῶνι· ἐκείνῳ γὰρ καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία· τέταρτα Κρόνῳ καὶ Ῥέᾳ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ. καὶ πέμπτα Ἥρᾳ Λαοίτιδι θύουσι καὶ Λαοίτιδι Ἀθηνᾷ, ἕκτα Ἐργάνῃ.

Quamquam Kindschero adstipulatur Schubartius, ea quam olim conceperat opinione mutata,[3] ita tamen ut, cum putet ab Herodoro et a Pausania non eosdem deos συμβώμους significari, itaque Iovem Laoetam Herodori eundem esse, quem Pausanias nominet in libro V 24,1, diversum ab illo, quem in libro V 14,5 deprehendamus, hanc potius lectionem proponat: τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ Διὶ Ὀλυμπίῳ καὶ Ποσειδῶνι θύουσι, τῷ γὰρ Ὀλυμπίῳ Διὶ καὶ αὕτη καθέστηκεν ἡ θυσία.

1) cfr. Gött. gel. Anz. 1828 num. 204 p. 2034.
2) cfr. Jahrb. f. Phil. XII Suppl. 1846 p. 211.
3) cfr. Ztschr. f. Alterthw. 1846 p. 227.

Nobis nulla est dubitatio, quin locus corruptus secundum Buttmannum ad Herodori exemplum fide dignum emendandus sit.

Cum de summa religione et auctoritate illarum ararum nemo facile dubitaverit, de aetate, qua conditae sint, homines docti inter se dissentiunt. Nam Petersenus [1]) recentioribus demum temporibus has aras institutas esse vult propter Saturnum, Rheam, Bacchum huius cultus participes, alienos ab Attico systemate XII deorum, quod in universum esset receptum: vix enim fieri potuisse in tanto honore, quo apud Graecos religiones Olympicae habitae essent, ut Saturnus, Rhea, Bacchus nusquam alibi inter XII deos adsciscerentur, nisi dudum ante aras Olympicas conditas Atticum systema per omnes Graeciae regiones pervulgatum esset.

Neque tamen est neglegendum in ipsa historia fabulari sex aras geminas dicatas arte cum pentaeteride Olympica coniungi ab Hercule instituta post Molionidas devictos, quae victoria parta esse dicitur interfectis trecentis et sexaginta Cleonaeis, Herculis comitibus. De chronologica fabulae significatione recte Carolus Muellerus monuit. [2]) Eadem, quantopere ad ipsa sex deorum paria duodecim mensium nimirum exemplaria pertineret, sagaciter nuper Usenerus in Rhein. Mus. XXXIV p. 434 demonstravit: quemadmodum omnino ex vetustissima anni in duodecim menses divisione profecta est XII deorum religio.

Iam ad singula deorum paria accedamus consideranda.

I.

Iuppiter Λαοίτας et Neptunus Λαοίτας.

Herodorus apud schol. ad Pind. Olymp. V 10: ἄλλως

[1]) cfr. Das Zwölfgöttersystem etc. p. 20. vide p. 4.

[2]) cfr. Fragm. hist. Gr. II p. 35: bene notandum est his ipsis Molionidis devictis πεντετηρίδα Olympicam ab Hercule institui. Ad chronologicam fabulae significationem spectant etiam 360 viri Cleonaei, qui Herculi auxiliantes a Molionidis interfecti et Nemeae divinos honores adepti sunt.

Ὀλυμπίασι βωμοί εἰσιν ἓξ δίδυμοι τοῖς δώδεκα θεοῖς ἀνιδρυμένοι, ἑνὸς ἑκάστου βωμοῦ δύο θεοῖς καθωσιωμένου. πρῶτος Διὸς καὶ Ποσειδῶνος.

Pausanias V 24,1 παρὰ δὲ τοῦ Λαοίτα Διὸς καὶ Ποσειδῶνος Λαοίτα. παρὰ τούτων τὸν βωμόν: de Buttmanni supplemento apud Paus. V 14,5 vide p. 7.

Agmen suo iure ducunt Iuppiter et Neptunus. Quorum commune cognomen Λαοίτας (ΛαϜοίτας) simili modo compositum atque Κλεο-ίτας[1]) vel Ἀνεμο-ίτας eandem vim habet ac Δαμο-ίτας.[3]) Aliquo modo conferri potest Διόνυσος Βάκχιος Δημόσιος in titulo Tralliano C. I. G. 2919, quocum Tuscum illud Fufluns[4]) = Populonius conferri iubet Welckerus, Griech. Götterlehre II 572. Deorum fratrum arae communes praeterea non memorantur: nam quamquam in anaglypho cippi Romae servati, Romanae aetatis, cuius de origine non constat, praeter Genium et Nymphas conspiciuntur Iuppiter et Neptunus, num recte ara agnoscatur, prorsus dubium est.

II.

Iuno Λαοῖτις et Minerva Λαοῖτις.

Herodor. apud. schol. l. c.: δεύτερος Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς. Paus. V 14,5 verba πέμπτα Ἀρτέμιδι θύουσι καὶ Ληΐτιδι Ἀθηνᾷ Buttmannus emendavit in: πέμπτα Ἥρᾳ Λαοίτιδι[5]) θύουσι καὶ Λαοίτιδι Ἀθηνᾷ.

Cur hae potissimum deae artius inter se iungantur, altero exemplo eoque certissimo luculenter illustratur: aram dico Crissensem, antiquissimo titulo insignem, sexto saeculo fere antiquiorem, quae in superiore parte ex rudi saxo cavatas

[1]) Paus. I 24,3.

[2]) Dem. XVIII 295.

[3]) cfr. Theocr. VI 1.

[4]) cfr. Müller., die Etrusker ed. Deecke II p. 79. Deecke, Etrusk. Forsch. IV p. 48. Deecke und Pauli, Etrusk. Forsch. u. Stud. II p. 23 nota 88.

[5]) Quamquam ex Hom. K. 460 (Ἀθηναίῃ Ληΐτιδι) Minerva Ληῖτις nota est, tamen hoc loco Λαοῖτις deae cognomen probabilius esse videtur.

duas praebet escharas. Subscribitur titulus βουστροφηδόν exaratus, quem post varia aliorum commenta Kirchhoffius demum in Philolog. VII p. 192 recte interpretatus est. (cfr. Kaibel., epigr. Gr. 742. Röhl., inscr. Gr. ant. 314):

Τάσδε γ' Ἀθαναίᾳ . . . Ϝεας Φα . ε . . ιστος ἔθηκε
Ἥρᾳ τε, ὡς καὶ κεῖ[ν]ος ἔχοι κλέϜος ἄπθιτον αἰϜεί.

Utramque deam etiam poeta antiquissimus uno versu iunxit in Iliadis libro IV 9:

Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη.

Ἀλαλκομενηΐς Minerva prope Alalcomenas, Boeotorum oppidum, colebatur.

In cognomine Ἀλαλκομενηΐς similem inesse vim atque in πρόμαχος scholiasta intellexit,[1]) sed probabilius videtur ab Alalcomena oppido deam hoc cognomen traxisse, sicut Iuno Ἀργείη vocatur. Itaque, etsi apud Homerum deae in certamen euntes inducuntur, non est, quod arae quoque communes ad bellicosam utriusque deae naturam referantur.

Postremo loco addo aram Romana aetate a. 211 p. Chr. n. Abusinae (in Baiuvaria) dicatam:

C. I. L. III 5935:

Iun. Re. et Miner. sac. Genio
coh. III. Brit. aram T. Fl. Felix
praef. ex voto posuit l. m.
dedicavit kal. Dec.
Gentiano et Basso cos.

III.

Mercurius et Apollo.

Herodor. apud schol. l. c.: τρίτος Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. Paus. V 14,6 μετὰ δὲ τούτων (Κλυμένου ἀνάθημα) Ἀπόλλωνος

[1]) cfr. schol. ad Il. IV 9. Dind. III p. 195. Ἥραν Ἀργείην καὶ τὴν Ἀθηνᾶν καλεῖ πολεμικήν. schol. sec. Ἀλαλκομενηῒς δὲ εἴρηται Ἀθηνᾶ ἀπὸ τοῦ τὰ μένη, τουτέστι τὰς δυνάμεις, τῶν ἐναντίων ἀποσοβεῖν.

καὶ Ἑρμοῦ βωμός ἐστιν ἐν κοινῷ, διότι Ἑρμῆν λύρας, Ἀπόλλωνα δὲ εὑρετὴν εἶναι κιθάρας Ἑλλήνων ἐστὶν ἐς αὐτοὺς λόγος.

Quam Pausanias innuit eorum deorum contentionem, ea ut in antiquo hymno Homerico in Mercurium v. 455 seqq. et in Alcaei hymno (P. L. G.[4] p. 150) notatur, ita in vasculorum picturis recentioris originis repraesentatur.[1] Quamquam quod ex hac fabella communis arae causam Pausanias repetit, ei non nimiam fidem tribuam.

Aliis quoque et inscriptionum et anaglyphorum testimoniis hos deos communi ara iunctos deprehendimus. Velut exstat lapis, in Mysia repertus, arae formam referens, in quo inscriptus est titulus hic:

Ἀσκλ[η]πιόδωρος Ἑρμῇ καὶ Ἀπόλλωνι δωρεὰς χάριν.

C. I. G. add. 3568 b.

In Gallia ara reperta est, quae nunc in museo Vesontionensi servatur:

Mercurio et
Apollini v. s. l. m.
Albanus Iul. f.

Rev. archéol. XXXVIII p. 84.

Addo aram rotundam Capitolinam, quam ex anaglyphis intellegas Mercurio et Apollini esse consecratam (cfr. Winckelmann., Mon. ined. tab. 38). Nam quae ex aris in parietibus Pompeianis pictis, quarum in una Mercurius sedens prope Apollinem astantem conspicitur,[2] Wieselerus in Ann. dell' Inst. XXX p. 222 efficit: ἀγυιέας βωμούς his duobus numinibus consecratas esse: ignorant id veteres, qui aut Apollini aut Baccho aut utrique deo in commune eas dicatas esse tradunt.[3]

---

1) cfr. Ann. dell' Inst. II p. 185. III p. 143.

2) cfr. Helbig., Camp. Wandgem. num. 201.

3) cfr. Bekk. anecd. p. 331 s. v. ἀγυιαί· ἰδίους δὲ εἶναί φασιν αὐτοὺς Ἀπόλλωνος (Meinek. Com. Gr. IV p. 315 pro Ἡλίου), οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν.

Phot. bibl. p. 535, 33: τὸν Λοξίαν γὰρ προσεκύνουν, ὃν πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύοντο καὶ πάλιν βωμὸν παρ' αὐτῷ στρογγύλον ποιοῦντες,

Ac teste Helbigio ne id quidem constat, num recte in illa pictura ara a Wieselero intellegatur repraesentata.

Ceterum saepius Apollo una cum Mercurio colitur. Uterque palaestrae patronus in donariis Deli repertis[1]) apparet. Themisii, quae urbs prope Laodiceam in Phrygia sita est, Apollo et Mercurius una cum Hercule tamquam patroni contra Gallorum invasionem opem tulisse ferebantur, qua re statuae eorum pro antro prope Laodiceam positae erant.[2])

IV.

Gratiae et Bacchus.

Herodor. apud schol. l. c.: τέταρτος Χαρίτων καὶ Διονύσου. Paus. V 14,8 πρὸς δὲ τῷ τεμένει τοῦ Πέλοπος Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν κοινῷ, μεταξὺ δὲ αὐτῶν Μουσῶν καὶ ἐφεξῆς τούτων Νυμφῶν ἐστι βωμός.

Ad hunc antiquissimum cultum Eleorum pertinet mulierum precatio sollemnis, de qua agit Plutarchus in quaest. Gr. 36,7 (Bergk. P. L. G.[4] III p. 656): Διὰ τί τὸν Διόνυσον αἱ τῶν Ἠλείων γυναῖκες ὑμνοῦσαι παρακαλοῦσι βοέῳ ποδὶ παραγίγνεσθαι πρὸς αὐτάς· ἔχει δ' οὕτως ὁ ὕμνος·

Ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε,
Ἀλείων ἐς ναὸν
ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν,
ἐς ναόν,

καὶ μυρρίναις στέφοντες ἵσταντο οἱ παριόντες· τὸν δὲ βωμὸν ἐκεῖνον ἀγυιὰν Λοξίαν ἐκάλουν, τὴν τοῦ παρ' αὐτοῖς θεοῦ προσηγορίαν νέμοντες τῷ βωμῷ.

Schol. in Arist. vesp. 875: πρὸ τῶν θυρῶν ἔθος εἶχον κίονας εἰς ὀξὺ λήγοντας ὡς ὀβελίσκους ἱδρύειν εἰς τιμὴν Ἀπόλλωνος Ἀγυιέως.

1) cfr. Ἀθήν. IV p. 463 num. 19. Bull. de corr. hell. I p. 87 num. 36.

2) cfr. Paus. X 32,3: ὅτε δὲ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἔφερε καὶ ἦγεν Ἰωνίαν καὶ Ἰωνίας τὰ ὅμορα, οἱ Θεμισωνεῖς φασιν αὐτοῖς Ἡρακλέα βοηθὸν καὶ Ἀπόλλωνα γενέσθαι καὶ Ἑρμῆν. τούτοις γὰρ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἄντρον τε δι' ὀνειράτων δεῖξαι, καὶ ἀποκρυφθῆναι Θεμισωνεῦσι καὶ γυναιξὶν αὐτῶν καὶ παισὶν ἐς τοῦτο προστάξαι τὸ ἄντρον. Καὶ ἐπὶ τούτῳ πρὸ τοῦ σπηλαίου σφίσιν ἀγάλματα οὐ μεγάλα ἐστὶν Ἡρακλέους καὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος, Σπηλαῖται καλούμενοι.

τῷ βοέῳ ποδὶ θύων.
ἄξιε ταῦρε.

Simili modo coniuncta esse voluit haec numina Pindarus Olymp. XIII 18:

ταὶ Διονύσου πόθεν ἐξέφανεν
σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες διθυράμβῳ.

De communi Bacchi et Gratiarum cultu certa et antiqua etiam alibi extant vestigia, velut Orchomeni teste Pausania IX 38,1: Ὀρχομενίοις δὲ πεποίηται ** καὶ Διονύσου, τὸ δὲ ἀρχαιότατον Χαρίτων ἐστὶν ἱερόν.[1] . . . . τὰς μὲν δὴ πέτρας (i. e. lapides, qui pro Gratiarum numinibus habentur) σέβουσι δὲ μάλιστα, καὶ τῷ Ἐτεοκλεῖ αὐτὰς πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φασιν.

Explicatur illa coniunctio ex pristina notione Gratiarum, nam et Gratiae et Bacchus ab initiis ad πᾶσαν ὑγρὰν φύσιν pertinebant,[2] eodemque referendae vicinae Nympharum et Musarum apud Eleos arae. Quae quidem numina certe ad naturae munera et incrementa olim referebantur, antequam ad hominum cultum moresque translata est notio.

V.

Diana et Alpheus.

Herodor. apud schol. l. c.: πέμπτος Ἀρτέμιδος καὶ Ἀλφειοῦ.

Paus. V 14,5 μετὰ δὲ τοὺς κατειλεγμένους (scil. βωμούς) Ἀλφειῷ καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ. τὸ δὲ αἴτιον τούτου παρεδήλωσε μέν που καὶ Πίνδαρος ἐν ᾠδῇ, γράφομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις τοῖς Λετριναίοις (intellegit locum VI 22,8, de quo vide infra).

Alpheum inter XII deos Olympiae receptum esse etiam vetus interpres Pindari ad Olymp. X 58 auctor est: Τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ μετὰ δώδεκα ἀνάκτων θεῶν] καὶ γὰρ αὐτὸς

[1]) cfr. de hoc Gratiarum cultu Paus. IX 35,1. Strabo IX p. 414. C. I. A. III 115. C. I. G. 1583. Nonn., Dionys. XVI 431.

[2]) De Gratiis cfr. O. Jahn., Entführung der Europa p. 31 seqq. (Abhandl. d. Wiener Akad. XIX), de earum cum Baccho conexu ibid. p. 40 seqq. et Robert., de Gratiis Atticis in comment. in hon. Momms. script. p. 143.

ἐγκαταριθμεῖται τοῖς ιβ′ θεοῖς, ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ βωμὸς οὐ δύναται ἐξ ἄλλου ὕδατος γενέσθαι (φαίνεσθαι Heynius), εἰ μὴ ἐκ τοῦ Ἀλφειοῦ. § ἄλλως· Ἀλφειῷ εἰκότως ὡς ἐγχωρίῳ ἔθυσε ποταμῷ. καὶ γὰρ μετὰ τῶν δώδεκα θεῶν τιμᾶται. μετὰ δὲ τῶν δώδεκα θεῶν τοὺς βωμοὺς ἐποίησε. βωμοὺς γὰρ ἵδρυσε διδύμους ἕξ. § ἄλλως· τιμάσας πόρον Ἀλφειοῦ. τουτέστι πρῶτον τῷ Ἀλφειῷ ἔθυσεν ὡς ἐντοπίῳ θεῷ.

Deinde cfr. Ptolemaeum, nov. hist. V (ed. Westermann. mythogr. p. 194) ὡς Ἀλφειῷ τῷ ποταμῷ γέρας δωρούμενος Ἡρακλῆς, νικήσας ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Fluminum numina ab accolis magna religione coli notum est. Gravius illud videtur, quod Alpheo iungitur Diana. Quae quam fuerit familiaris fluvio, et cognomen Ἀλφειαία sive Ἀλφειῶσα indicat et fabula hunc in modum a Pausania (VI, 22,8) memoriae tradita: Alpheus, inquit, amore deae excitatus, cum precibus sese nihil assequi cognosset, per vim deae potiri conatus est. Itaque ad pervigilium a dea una cum comitibus suis celebratum venit Letrinos. Diana autem, quae fluvii adventum suspicata ipsius comitumque ora luto obleverat, deum venientem fefellit. Propterea a Letrineis Alpheusae cognomen adepta est.

Eandem templum habuisse tradit Athenaeus,[1]) eiusque in honorem panegyricum conventum actum esse Strabo testatur.[2])

Ceterum etiam in aliis Peloponnesi regionibus Diana artius cum fluviis stagnisve coniungitur. Quod demonstrant cognomina deae: Ποταμία, Λιμναία, Λιμνᾶτις, Λιμενοσκόπος, quibus Tegeae,[3]) Epidauri,[4]) Corinthi,[5]) Heliacae,[6])

---

[1]) VIII p. 346 οἶδα δὲ καὶ τὴν ἐν τῇ Πισάτιδι γραφὴν ἀνακειμένην ἐν τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ.

[2]) VIII p. 343 πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τὸ τῆς Ἀλφειωνίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος ἐστὶ (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως), ἀπέχον τῆς Ὀλυμπίας εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους· ταύτῃ δὲ τῇ θεῷ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ κατ' ἔτος συντελεῖται πανήγυρις.

[3]) cfr. Paus. VIII 53,5.

[4]) cfr. Paus. III 23,6.

[5]) cfr. Paus. II 7,6.

[6]) cfr. Hesych.

Alorii,[1]) invocabatur. Atque vetustam Dianae Limnatidis delubrum in finibus Lacedaemoniorum et Messeniorum summis honoribus floruisse cum alii tum Tacitus[2]) testantur.

Ad hanc deam tituli antiquissimi referuntur apud Röhl., inscr. Gr. ant. 50: Λιμνᾶτις.

61: Ὀπωρὶς ἀνέθηκε Λιμνάτι.

73: Π[ολυα]νθὶς (?) ἀνέθηκε τᾷ Λιμνάτι.

Denique saepius aut super fontibus deae templa exstructa erant, velut Marii,[3]) Mothonae,[4]) aut in fontium vicinia dea cultu fruebatur, ut Derrhii in Laconica[5]) et Lusis in Arcadia.[6]) Simili modo statua Dianae Corinthi in vicinia fontis posita erat.[7]).

VI.

Saturnus et Rhea.

Herodor. apud schol. l. c.: ἕκτος Κρόνου καὶ Ῥέας. [Paus. V 14,4 ex emendatione Buttmanni: τρίτα δὲ ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ Κρόνῳ θύουσι καὶ Ῥέᾳ. cfr. p. 7].

Saturnus cum Rhea, i. e. Terra Matre, vetusta religione coniungitur, praecipue Olympiae, ubi summa in Alti, in Cronio monte, qui ab ipso deo nomen traxit, et Saturnus veneratione fruebatur[8]) et Gaea, pro Rhea habita, antiquitus oracula edidit.[9])

[1]) cfr. Strab. VIII p. 350.
[2]) cfr. Ann. IV 43.
[3]) cfr. Paus. III 22,6.
[4]) cfr. Paus. IV 35,6.
[5]) cfr. Paus. III 20,7.
[6]) cfr. Paus. VIII 18,3.
[7]) cfr. Paus. II 3,5.
[8]) cfr. Paus. VI 20,1: τὸ δὲ ὄρος τὸ Κρόνιον κατὰ τὰ ἤδη λελεγμένα μοι παρὰ τὴν κρηπῖδα καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῇ παρήκει θησαυρούς. ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ θύουσιν οἱ Βασίλαι καλούμενοι τῷ Κρόνῳ κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἦρι Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις.
[9]) cfr. Paus. V 14,8: ἐπὶ δὲ τῷ Γαίῳ καλουμένῳ βωμός ἐστιν ἐπ' αὐτῷ Γῆς, τέφρας καὶ οὗτος· τὰ δὲ ἔτι ἀρχαιότερα καὶ μαντεῖον τῆς Γῆς αὐτόθι εἶναι λέγουσιν.

Eosdem deos ab Atheniensibus communi cultos esse ara apud Macrobium Philochorus testatur:

Sat. I 10 p. 22: Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit eosque deos pro Iove Terraque coluisse.

Ibidem templum quoque eorum commune fuit secundum Pausaniam I 18,7 ἔστι δὲ ἀρχαῖα ἐν τῷ περιβόλῳ Ζεὺς χαλκοῦς καὶ ναὸς Κρόνου καὶ Ῥέας καὶ τέμενος Γῆς ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας.

Addo vasculorum picturas, in quibus Saturnus Rheaque conspiciuntur, publicatas in Gaz. archéol. I p. 30 et III p. 116.

B.

Reliquae arae communes Olympicae.

VII.

Saturnus et Sol.

Etym. magn. s. v. Ἦλις (p. 426 ed. Gaisf.)· πρὸ τοῦ Δία κτήσασθαι τὴν Ὀλυμπίαν παρὰ τῆς Γῆς, αὐτὴν παρειλήφεσαν Ἥλιός τε καὶ Κρόνος. Γνώρισμα δὲ τοῦ κτήματος κοινός ἐστι βωμὸς ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Σύμβολον δὲ καὶ τόδε· τοῦ μὲν ὁ Κρόνιος λόφος καλούμενος· τοῦ δὲ ἡ Ἦλις μέχρι τοῦ νῦν καλουμένη ἐπώνυμος τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ Αὐγείας τῆς χώρας ἐβασίλευσε, μοίρας οὔσης Ἡλίου, παῖς αὐτῷ ὤν.

Saturni et Solis ara communis, quamquam a Pausania eius mentio non fit, quin Olympiae fuerit, non dubitandum videtur. Nam licet in initio descriptionis ararum Pausanias sese omnes aras Olympicas enumeraturum profiteatur,[1]) alias praeter illas aras Olympiae fuisse scimus,[2]) nec ex eiusdem Pausaniae verbis V 15,6 ἑκάστου δὲ ἅπαξ τοῦ μηνὸς

---

[1]) cfr. V 14,5: Φέρε δὴ ἐπέλθωμεν καὶ τὰ ἐς ἅπαντας ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς βωμούς.

[2]) cfr. Curtius, Altäre etc. p. 25.

θύουσιν ἐπὶ πάντων Ἠλεῖοι τῶν κατειλεγμένων βωμῶν aliud quicquam efficitur nisi Saturno Solique Eleos singulis mensibus non sacrificasse.

Neque ideo, quod Herodori testimonium cum Rhea Saturnum coniungit, inde negabimus, cum Sole quoque hunc deum altera ara cultum esse. Recte igitur utramque aram Olympiae fuisse iam Schubartius in Ztschrft. f. Alterthw. V p. 226 probavit.

De Sole Deo conferas Stengelium in Jahrb. f. Philol. 1884 p. 351.

VIII.

Iuppiter Καθάρσιος et Victoria.

Paus. V 14,6: πρὸς αὐτῷ (scil. τῷ βωμῷ Ὀλυμπίου Διός) δ' ἐστὶν Ἀγνώστων θεῶν βωμός. καὶ μετὰ τοῦτον Καθαρσίου Διὸς καὶ Νίκης.

Ad hanc Victoriae cum Iove consociationem conferatur Phidiae Iuppiter manu Victoriam gestans non secus atque Phidiae Minerva manu Victoriam gestat. Quamquam cum victoriis Olympicis, quanam ratione expiationis et purgationis dei contineantur, difficile dictu est.

IX.

Venus et Pan.

Paus. V 15,6: ἐς δὲ αὐτὸν τὸν ἔμβολον ἐσελθόντων Τύχης ἐστὶν Ἀγαθῆς βωμὸς καὶ Πανός τε καὶ Ἀφροδίτης.

Venerem cum Pane consociatam ad fertilitatem ubertatemque naturae referendam esse constat. Velut Athenis eos Mercurii et Nympharum arae socios esse comperimus.[1] Ceterum nihil frequentius in vasis pictis, maxime temporis recentioris, quam Venus cum Pane coniuncta.

X.

Dei Ἄγνωστοι.[2]

---

[1]) vide p. 42.
[2]) vide p. 80.

CAPUT II.

Arae deorum, qui solent in commune coli.

I.

Deae Eleusiniae.

α.

Eleusine.

1.

Fröhner., les inscr. Grecques du Louvre 1865 num. 12 et 13. C. I. A. III 169:

a. Δήμητρι καὶ Κόρη[ι] / Φάβιος / δᾳδοῦχος.
b. Δήμη]τρι καὶ Κ[όρῃ] / Φάβιος / δᾳδο[ὺ]χο[ς.

Leguntur, vel certe legebantur hi tituli in duobus lateribus oppositis arae Eleusiniae, quae Athenis in arce prope Minervae Poliadis aedem exstitisse falso refertur. Eleusine reperta in museum Parisinum illata est: nam duos diversae originis titulos agnoscendos esse, recte negat Dittenbergerus, qui tamen in Corp. Inscr. Att. III 169 alteram inscriptionem solam exprimendam curavit. Arula nunc in duas partes discissa est secundum Fröhnerum.

De his deabus, quae solae praeter Castores τὼ θεώ solebant appellari, [1]) quam arte in cultu inter se cohaereant satis constat. Ceterum in Attica praeter Athenas et Eleusina

[1]) cfr. Lobeck., Phrynich. p. 235.

apud Laciadas,[1]) ut infra demonstrabitur,[2]) in commune cum Neptuno et Minerva invocabantur.

In anaglyphis quoque hae deae saepissime iunguntur.[3])

2.

Ceres et Proserpina cum Telesidromo et Triptolemo et Iaccho nec non cum Hecate et Mercurio et Gratiis atque Diana coniunctae.

C. I. A. I 5:

καὶ [τ]ῷ δήμῳ ὅ τε παραιβάτη[ς . . . ?
. . ν τοὺς ἱεροποιοὺς Ἐλευσινίων καὶ . .
Ἑκάτ]ῃ, Ἑρμῇ ἐναγωνίῳ, Χάρισιν αἶγα . . .
. . ν Ἀρτέμιδι αἶγα, Τελεσιδρόμῳ, Τρι[πτολέμῳ
. . Ἰάκ]χῳ, θεοῖν τριττόαν βόαρχον ἐν τῇ ἑορ[τῇ.

Titulus mutilatus needum coniecturis plane redintegratus in lapide exaratus est, quem Michaelis propter duas, quae in eius superficie excavatae sunt, escharas aram communem esse censet.[4])

Ex deis huius arae non tantum Mercurius et Gratiae et Diana[5]) artissimis vinculis in cultu Attico iuncti sunt, sed etiam Hecate et Mercurius et Gratiae. Velut Thesmophoriazusae Aristophanis praeter deos Eleusinios et Calligeniam supplicant τῇ Κουροτρόφῳ καὶ τῷ Ἑρμῇ καὶ ταῖς Χάρισιν.[6]) Κουροτρόφον autem Hecates cognomen fuisse apud Athenienses scholiasta ad Aristophanis vespas v. 804 testatur: ἱερὸν Ἑκάτης, ὡς τῶν Ἀθηναίων πανταχοῦ ἱδρυομένων αὐτὴν ὡς ἔφορον πάντων καὶ κουροτρόφον. Sane igitur summa cum pro-

[1]) cfr. Paus. I 37,2.

[2]) vide p. 39.

[3]) cfr. Overbeck., Kunstmyth. vol. III p. 439 seqq.

[4]) cfr. Arch. Ztg. 1867 p. 9 nota 19.

[5]) cfr. de Diana sive Hecate simul cum Gratiis culta O. Jahn., Entführung der Europa, Abhandl. der Wiener Acad. XIX.

[6]) cfr. Arist. Thesm. v. 300.

babilitate Robertus [1]) tertium versum huius tituli voce Ἑκάτ[ῃ supplevit.

Mercurium et Dianam Hecaten Athenis aerarium commune habuisse apparet ex titulo traditionis quaestorum τῶν ἄλλων θεῶν: C. I. A. I 208

Ἑρ]μοῦ καὶ Ἀρ[τ-
έμιδος [Ἑ]κάτης.

Denique Mercurius et Diana cum Gratiis iuncti in anaglypho Thasio expressi sunt. [2])

Praeterea Mercurius in Cereris, Proserpinae, Plutonis epimachi cultus societate Halicarnassi invenitur: Newton, Discov. at Hal. Cnid. and Branch. II p. 714 num. 14:

Σώστρατος Λαχάρτου
Δάματρι, Κούρᾳ, Πλούτωνι Ἐπιμάχῳ,
Ἑρμᾷ.

Telesidromum, quem alibi nusquam deprehendimus, Kirchhoffius heroem Eleusinium intellexit. De Triptolemo et Iaccho, quorum nomina non inepte suppleta videntur, ut heroibus anguste cum Cerere filiaque consociatis, satis constat.

Gratiis capra fieri iubet hic titulus, quamquam apud Thasios quidem vetitum erat, ne Gratiis caprae immolarentur. [3])

β.

Alexandriae.

Ceres et Proserpina una cum Δικαιοσύνῃ.

Ἀθήν. III p. 81:

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης
Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, Ἀπολλώνιος Ἀμμωνίου
καὶ Τιμόκιον Κρισιλάου καὶ τὰ παιδία
Δήμητρι καὶ Κόρῃ καὶ Δικαιοσύνῃ.

[1]) cfr. De Gratiis Atticis in Comment. in hon. Momms. script. p. 147.

[2]) cfr. Michaelis Arch. Ztg. 1867 p. 9.

[3]) cfr. Röhl., inscr. Gr. ant. 379 a: Χάρισιν αἶγα οὐ θέμις (scil. προσέρδειν) οὐδὲ χοῖρον.

Haec sunt in ara intra annos 225—204 a. Chr. n. Ptolemaeo Philopatore regnante dicata. Cultus Eleusiniarum dearum ut in aliis regionibus ita per Aegyptum late patebat inde a Ptolemaeorum imperio, ubi adeo cum Aegyptiorum deorum mysteriis familiaritate quadam iungi videbatur.

Δικαιοσύνη in regis et reginae Aegypti laudem addita videtur, quam non diversam ab Iside esse tituli Attici probant:

C. I. A. III 203:

Ἴσιδ[ι] Δικαιοσύν[ῃ] κ. τ. λ.

C. I. A. III 205:

θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ καὶ τῷ Δήμῳ.

II.

Dei medici.

1.

Aesculapius et Hygia.

Cultum Aesculapii inde a IV. a. Chr. n. saeculo potissimum laete effloruisse et longe lateque viguisse et Starkius exposuit[1]) et magna donariorum titulorumque copia Athenis et Epidauri, in sanctissima eius religionis sede, nuper effossa confirmat: qui deus ab aegrotis hominibus his potissimum celebrabatur cognominibus: ὁ σωτήρ et ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς φιλανθρωπότατος.

α. Athenis.

C. I. A. III 102:

Δ]ωρίων Ἡρακλεώτ[ης
ζά]κορος γενόμενο[ς
Ἀσ]κληπι[ῷ] καὶ Ὑγείᾳ.

Hunc titulum exhibet ara Aesculapio et Hygiae dedicata

[1]) cfr. Vorträge u. Aufs. a. d. Geb. d. Archaeol. u. Kunstgesch. p. 112.

prope Aesculapieum sub arcis parte ea, quae ad meridiem vergit, effossa. Eodem spectat inscriptio haec:

C. I. A. III 68 f

Ἀσκληπι]ῷ καὶ Ὑγείᾳ Δημήτρι-
ος Ἀντιόχ]ου Σφήτ(τ)ιος
. . . . . ἀνέθη]κεν στρώσας
τὸ ἔδαφος τὸ πε[ρὶ τὸν βωμόν.

Utraque inscriptio ad Romanam pertinet aetatem. Quantopere autem in cultu cohaereant ea numina, non tantum sacerdos et aedituus communis confirmant:

C. I. A. II 489 b = Girard., L'Asclépieion d'Athènes p. 22

. . . ὁ εἰληχὼς ἱερεὺς Ἀσκληπιοῦ καὶ Ὑγιείας . . .
Διοκλῆς Διοκλέους Κηφισιεὺς νεώτερος κ. τ. λ..

C. I. A. III 102 b = Girard. l. c. p. 57

Ἐπὶ Διοτείμου [ἄρ]χοντος
Θεόδωρος Ἑσ[τι]αιόθεν ἱερεὺς [γε-
νόμενος Ἀσ(σ)[κλη]πιοῦ καὶ Ὑγεία[ς κ. τ. λ..

Ἀθήν. V p. 323 num. 1 = Girard. l. c. p. 28

. . Χαρίτωνα Νεικίου Μαραθώνιον, ζακορεύσαντα Ἀσκληπιοῦ καὶ Ὑγείας ἐν τῷ ἐπὶ Πομπηΐου Ἀλεξάνδρου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ.

sed etiam sacrum a medicis publicis in commune factum, quod refert titulus ineuntis III. a. Chr. n. saeculi:

C. I. A. II 352 b = Girard. l. c. p. 85

. . . ἐπειδὴ πάτριόν ἐστιν τοῖς ἰατροῖς ὅσοι δημοσιεύουσιν θύειν τῷ Ἀσκληπιῷ καὶ τῇ Ὑγιείᾳ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὑπέρ τε αὑτῶν καὶ τῶν σωμάτων ὧν ἕκαστοι ἰάσαντο, κ. τ. λ.

Denique et τεμένει ipsi inscriptum erat

ἱερὸν τὸ τέμεν[ος
τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τῆς Ὑγιείας. κ. τ. λ.
(Bull. de corr. hell. V p. 262)

et fonti

Σωκράτης Σαραπίωνος Κηφισ[ιεὺς Ἀσκ]ληπιῷ καὶ Ὑγι[είᾳ]
τὴν κρήνην καὶ τὴν εἴσοδο[ν . .]εν καὶ ἐθύρωσεν.
(Ἀθήν. V p. 527 num. 10 = Girard. l. c. p. 19)

Atque multa donaria his deis in commune dicata in Corp. Inscr. Att. vol. III invenies.[1])

῾Ομοβώμους Aesculapii metrica dedicatio exhibet in ara maxima inscripta IV. a. Chr. n. saeculo:

Mitth. d. arch. Inst. in Athen II p. 241 = Kaibel., Suppl. epigr. Gr. in Rhein. Mus. vol. XXXIV p. 197 num. 773 b. cfr. Girard. l. c. p. 13:

1. Τηλέμαχ]ός σ' ἵδρυσε ᾿Ασκληπιῷ ἠδὲ ὁμοβώμοις πρῶτος ἱδρυσάμενος θυσίαις, θείαις ὑποθήκαις

— — — — — — — — — — —

2. σαῖς ὑποθημοσ[ύναις, ᾿Ασκληπιέ . . . .
βωμὸν τόνδ' ἐπό[ησε . . . .

Hos deos ὁμοβώμους praeter Hygiam filios Aesculapii intellegendos esse et Pausanias I 21,7 τοῦ δὲ ᾿Ασκληπιοῦ τὸ ἱερὸν ἔς τε τὰ ἀγάλματά ἐστιν, ὁπόσα τοῦ θεοῦ πεποίηται καὶ τῶν παίδων, et anaglypha docent[2]) in Aesculapieo — quod ipsum quoque IV. saeculo tribuit Girardus[3]) — reperta. In simili anaglypho, loco Luku ad sinum Argolicum reperto, ubi praeter homines adorantes Aesculapius ab aliis deis stipatus conspicitur, iam Lueders in Ann. dell' Inst. 1873 p. 114 recte Hygiam vel Epionam, Podalirium, Machaonem, Iaso, Panaceam, Aeglam agnovit secundum testimonium Aristidis orat. VII 46 p. 79 Dind: ὦ μακαριστοὶ μὲν ὑμεῖς τῶν ἄνω προγόνων ἐπ' ἀμφότερα, εὐδαίμονες δὲ τῶν ἀφ' ὑμῶν φύντων, ἔτι δὲ ὑμῶν τε αὐτῶν, καὶ ἀδελφῶν, οἷς ᾿Ιασώ τε καὶ Πανάκεια καὶ Αἴγλη σύνεστι καὶ ῾Υγίεια, ἡ πάντων

[1]) cfr. num. 99, 65a, 68e, 102a, 132, 132b, 132c, 132d, 132e, 132f, 132g, 132i, 132m, 132n, 132o, 132z, 181a, 181b, 181c, 181f, 181g, 181h, 182, 183, 185a.

[2]) De quibus cfr. Duhn., Arch. Ztg. 1877 p. 139 seqq: num. 13, 16, 18, 22, ubi filii Podalirius et Machaon una cum patre repraesentantur, num. 23: lapis praeter anaglypha titulum exhibet: ᾿Ακεσὼ ᾿Ιασὼ Πανάκ[εια. num. 31: Hygia, Podalirius, Machaon, Iaso, Aceso, Aegle, Panacea patris Aesculapii comites sunt.

[3]) L'Asclépieion d'Athènes p. 12.

ἀντίρροπος, Ἠπιόνης δὴ παῖδες ἐπώνυμοι· οὐδ' ὑμῖν θᾶκοι χωρὶς ἀλλήλων οὐδὲ διεσκηνώσατε.

Eodem pertinent Suidae locus s. v. Ἠπιόνη· γυνὴ Ἀσκληπιοῦ. καὶ θυγάτηρ αὐτῆς Ὑγεία, Αἴγλη, Ἰασώ, Ἀκεσώ, Πανάκεια, et Pausaniae I 34,3, qui de ara Oropia[1]) disputat, cuius quarta pars sacra erat Ἀφροδίτης (corr. Αἴγλης)[2]) καὶ Πανακείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς καὶ Ὑγιείας καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας.

Atque eadem numina cum Aesculapio iuncta iam apparent in hymno in lapide inscripto, qui ipse quoque Athenis ad Aesculapieum inventus est: C. I. A. III 171 b = Kaibel., Suppl. epigr. Gr. in Rhein. Mus. XXXIV p. 208 num. 1025 c. s. v. in v. VI.

παῖδα Κορωνίδος, ἤπιον ἀν[δ]ράσι, δαίμονα σεμνότα[τον,
ἰὴ Παιάν
τοῦ δ' ἐγένοντο κό[ρ]οι Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων, Ἕλλη[σιν
δύ' ἀκέστορε] λόγχης, ἰὴ Παιάν,
ἠδ' Ἰασὼ Ἀκεσώ τε καὶ Αἴγ[λ]η καὶ Πανάκεια,
Ἠπιόνης [θύγατρες σὺν] ἀριπρέπτῳ Ὑγιείᾳ, ἰὴ Παιάν.

et apud scholiastam in adnotatione ad Arist. plut. v. 701, qui ex Hermippo comico hausit: Ἕρμιππος ἐν τῷ [πρώτῳ] ἰάμβῳ τῶν τριμέτρων Ἀσκληπιοῦ καὶ Λαμπετίας τῆς Ἡλίου λέγει Μαχάονα καὶ Ποδαλείριον καὶ Ἰασὼ καὶ Πανάκειαν καὶ Αἴγλην νεωτάτην.[3])

Nec minus titulo II. a. Chr. n. saeculi docemur Aesculapio et Hygiae et ceteris deis diem festum esse celebratum: C. I. A. II. 453 b

[. . . κ]λείδου Κυδαθ[ηναιεὺς εἶπεν· ἐπειδὴ . . .]
. . . Φλυεὺς ὁ γενόμε[νος ἱερεὺς Ἀσκληπιοῦ καὶ Ὑγιεία-
ς ἐπὶ] τὸν ἐπὶ Τιμάρχου ἄρχοντος ἐ[νιαυτὸν τά τε εἰσιτητήρια ἔθυσ-
εν καλῶς καὶ εὐσεβῶς τῷ Ἀσκλη[πιῷ καὶ τῇ Ὑγιείᾳ καὶ τοῖς ἄλλ-
οις θεοῖς οἷς πάτριον ἦν καὶ ἐβουθ[ύτησε . . . . τοῖς . . . .
καὶ Ἐπιδαυρίοις καὶ ἡρῴοις παρα[τ . . . .

[1]) vide p. 54.
[2]) vide p. 56.
[3]) cfr. Com. Att. fragm. ed. Kock I p. 247.

Praeterea Somnus una cum Aesculapio et Hygia colitur:

C. I. A. III 132a

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ
καὶ τῷ Ὕπνῳ
Θεωρικὸς Συνδρόμου
Στειριεὺς χαριστήριον.

Sicyone quoque intra Aesculapii τέμενος praeter Apollinem Somnus adoratur. Quae coniunctionis ratio explicatur, ni fallor, ex incubandi more notissimo, cuius nuper tot tantaque testimonia Epidauri prodierunt.[1])

Etiam Ceres filiaque cum deo medico iunguntur anaglypho, quod publici iuris factum est in Mitth. d. arch. Inst. in Athen II p. 243, ubi praeter titulum valde detritum:

. . . . ς
. . . . ου
Θ]ορ[ίκι]ος
ἀνέθηκεν
τοῖν Θεοῖν.

ab una parte conspicimus Aesculapium una cum Cerere, ab altera homines adorantes. Huic rei convenit, quod Athenienses primum diem Eleusiniorum τὰ Ἐπιδαύρια vocabant: quod ad Aesculapium potissimum pertinere Pausanias auctor est II 26,7: μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τόδε ἐν Ἐπιδαύρῳ τὸν θεὸν γενέσθαι· τὰ γὰρ Ἀσκληπιεῖα εὑρίσκω τὰ ἐπιφανέστατα ἐξ Ἐπιδαύρου. τοῦτο μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδοῦναι τὴν ἡμέραν ταύτην Ἐπιδαύρια ὀνομάζουσι. καὶ θεὸν ἀπ᾽ ἐκείνου φασὶν Ἀσκληπιόν σφισι νομισθῆναι.

Quod Augustus Mommsenus[2]) hanc deorum societatem inde repetit, quod deus medicus Iacchum terra conditum

---

[1]) cfr. Paus. II 10,2: Ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ διπλοῦν ἐστιν οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καί οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρω δὲ Ἀπόλλωνι ἀνεῖται Καρνείῳ. vide p. 30.

[2]) cfr. Heortol. p. 72.

suscitet ac viventibus reddat, de hac re stricta testimonia desunt.

Denique numinibus medicis apud Athenienses posterioris aetatis et Augusti Caesaris numen adiungitur:

C. I. A. III 68a et 68b

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ καὶ Σεβαστῷ Καίσαρι κ. τ. λ.

et in universum dei deaeque omnes:

C. I. A. III 181c

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ
καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς
πᾶσι καὶ πάσαις.

In Italia deorum medicorum hae repertae sunt arae:

β. Caietae.

C. I. G. 5979. In ara anaglyphis insigni:

Ἀσκληπιῷ Σωτῆρι
καὶ Ὑγείᾳ
Γν. Γάουϊος Φιλ[ό]ν[ο]μος
ἀνέθηκεν.

Sollemne cognomen deorum medicorum σωτήρ, quod in multis titulis deprehendimus, velut

Ephem. Arch. 1883 p. 150 num. 42

Ἀσκληπιῷ / Σωτῆρι / ὁ ἱερεὺς / Διογένης

idem p. 149 num. 40

Ὑγιείᾳ / Σωτείρᾳ / ὁ ἱερεὺς / Διογένης

idem p. 149 num. 41:

Ἀπόλλωνι / Μαλεάτᾳ / Σωτῆρι / ὁ ἱερεὺς Διογένης,

non solum eo pertinet, quod morbos curant, sed quod ab omnibus malis homines hi dei tuentur. [1])

[1]) cfr. Arist. or. I. p. 67 Dind. οὗτός ἐσθ' ὁ τὸ πᾶν ἄγων καὶ νέμων σωτὴρ τῶν ὅλων καὶ φύλαξ τῶν ἀθανάτων.

γ. Romae.

1. C. I. L. VI 18. In ara parvula litteris malis aevi recentioris:

Domino Aesculapio
et Hygiae ex permissu
eorum negotiationis
fabariae gratias
agentes numini
et aratis eorum (*sic.*)
T. Iulius Genesia-
cus et Caecilia
Balbilla ceri-
olaria duo Satu-
ri et antiotes (*sic.*)
libentes donum
dederunt.

2. C. I. L. VI 370. In parva ara:

Iovi
et Asclepio
Hygiae
M. Sevius
Fab.
Seneca
exv. VII Ɔ Ignati
missus votu
l. a. s.

Alterius arae una cum Aesculapio et Hygia Iuppiter particeps est: quemadmodum eorundem numinum sacerdotium commune Seleuciae fuit:

C. I. G. 4458

ἱερεὺς
Διὸς Ὀλυμπίου | καὶ

τῶν θεῶν τῶν
Σωτήρ[ων] καὶ Διὸς
Κο|ρυφα|ίου
Ἄ[νδ]ρων Φιλόφ[ρονος.

Nam quin Σωτῆρες Aesculapium et Hygiam significent dubium non est.

Sequuntur arae in provinciis imperii Romani repertae:

δ. Aquinci (Alt-Ofen)
in Pannonia.

C. I. L. III 3413. In ara:

Asclepio et
Hygiae
Mar. Marcel-
lus med. sub (cur)a(gente(?)
P. Va. Praesent(e)
evoc. v. s. l. m.

Addo dona quoque votiva his deis communiter dicata Sarmizegetusae et Ad Mediam reperta esse, quorum alterum intra annos 260—268 p. Chr. n. dicatum est.[1])

ε. Lambaesi
in Numidia.

C. I. L. VIII 2590. In aram:

Aescu-
lapio et
Hygiae
dis bonis
sacrum
Pelusii.

2. C. I. L. VIII 2589. In ara.

Aesculapio et

[1]) C. I. L. III 1422 = C. I. G. 6813 et C. I. L. III 1560.

Hygiae
M. Aur. Comi-
nius Cassianus
v. c. leg. Augg. = a. 211/12
Pr. Pr.
cos. desig.

C. I. L. VIII 2624. In ara:

I. O. M. Dolic.
Aesculapio
Ygiae cete-
risq. diis
immort. T. Fl.
Maximus ex 7
praet. p.p. praef.
leg. III aug. Severi.
cum Antonia An-
tonina coniu-
ge v. s.

Ex his tribus aris communibus, quam mediam posui, ea anno 211/12 p. Chr. n. exstructa est, tertia praeter Aesculapium et Hygiam Iovi O. M. Dolicheno ceterisque diis immortalibus intra annos 222—225 pr. Chr. n. dedicata est.

De Iove Dolicheno cfr. Hettner., Bonnae 1877. p. 44.

2.

Aesculapius et Apollo.

α. Epidauri.

Kaibel. epigr. Gr. 800. Transact. of the Royal soc. 1847 II 231:

Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ καὶ υἱεῖ βωμὸν ἔθηκεν ἀρητὴρ Μαίωρ.

Titulus in ara Romanae aetatis exaratus est.[1])

Epidauri, in sede cultus Aesculapii antiquissima etiam Apollinem medicum[2]) esse adoratum tituli nuper eruti testantur: unde etiam ludos in utriusque honorem actos esse comperimus:

Ephem. arch. 1883 p. 91 num. 32

῾Α πόλις ἁ τῶν ᾿Επιδαυρίων Πολυκράτη Εὐάνθεος
᾿Επιδαύριον ἄνδρα φιλόπατριν ἀγωνοθετήσαντα
ὅτι ἀγαθῶς ᾿Απολλωνεῖα καὶ ᾿Ασκλαπιεῖα [καὶ
Καισαρῆ*(sic.)*α ἀρετᾶς ἕνεκα.[3])

Nummi quoque Epidauriorum una in parte exhibent caput Apollinis, in aversa Aesculapii.[4]) Itaque homines ex morbis recreati his deis in commune grates egisse et

ἰά]ματα τοῦ ᾿Απόλλωνος καὶ τοῦ ᾿Ασκλαπιοῦ[5]) et multa donaria illustrant: velut

Λαφάντα Εὐάνθεος
᾿Επιδαυρία τὸν αὐτᾶς
ἄνδρα Κλεαιχμίδαν Κλεάν-
δρου ᾿Επιδαύριον ᾿Απόλλωνι καὶ ᾿Ασκλαπιῷ.
(Ephem arch. 1883 p. 32 num. 14.)

Ceterum quomodo utriusque dei religio ad salubres naturae vires revocetur, Pausanias illustrat VII 23,7: ᾿Ασκληπιὸν μὲν γὰρ ἀέρα γένει τε ἀνθρώπων εἶναι καὶ πᾶσιν ὁμοίως ζώοις ἐπιτήδειον πρὸς ὑγίειαν, ᾿Απόλλωνα δὲ ἥλιον, καὶ αὐτὸν ὀρθότατα ᾿Ασκληπιῷ πατέρα ἐπονομάζεσθαι, ὅτι ἐς τὸ ἁρμόζον ταῖς ὥραις ποιούμενος ὁ ἥλιος τὸν δρόμον μεταδίδωσι καὶ τῷ ἀέρι ὑγιείας.

1) Φοῖβος ἀκερσεκόμης repetitur ex Homeri Iliade XX 39.

2) Apollinem medicum a veteribus celebratum esse cognomina dei σωτήρ (cfr. Ephem. arch. 1883 p. 149 num. 41, vide p. 26), ἀλεξίκακος (C. I. A. III 177), Παιάν (C. I. A. III 171, C. I. G. 5974) satis demonstrant.

3) cfr. etiam Ephem. arch. 1883 p. 30 num 10.

4) cfr. Leake, numismat. hell. p. 50.

5) Ephem. arch. 1883 p. 211 num. 10.

β. Cataoniae.

Bull. de corr. hell. VII p. 132 num. VIII. In ara rotunda:

Κυρίῳ Ἀπόλ-
λωνι καὶ Ἀσκληπιῷ
Σωτῆρι
Αὐρ. Κύριλλος
τοῦ Κυρίλλου νεωκόρος
τοῦ Ἀ-
πόλλωνος.

Cataoniae frequentissimum fuisse cultum Apollinis Strabo testatur XII p. 537 ἔχει δὲ καὶ ἱερὸν τὸ τοῦ Καταόνος Ἀπόλλωνος, καθ' ὅλην τιμώμενον τὴν Καππαδοκίαν.

γ. In Troade.

C. I. G. 3577:

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Σμινθεῖ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ
Σωτῆρι καὶ Μοξυνείταις Κλ. Φλορώ-
νιος Μακρῖνος Κουράτωρ ἐκ τῶν
ἰδίων ἀνέθηκε.

Arae titulus Aesculapium Σωτῆρα iungit cum Apolline Smintheo et Moxynitis. Apollo Sminthei, vel aliis cognominibus insignis antiquissimis iam temporibus in Troade, praeterea Clari, Mileti, in Lycia celebratus est, cuius cultus quam late patuerit, auctor est Strabo XIII p. 618: παρὰ πᾶσαν γὰρ δὴ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχρι Τενέδου Σμινθεὺς ἢ Κιλλαῖος καλούμενος ἢ Γρυνεὺς ἤ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων.

Idem tradit Stephanus Byzantius s. v. Ἑκατόννησοι.

Moxynitae, qui fuerint, res est incerta. Qui olim hanc inscriptionem interpretati sunt homines docti cum Muratorio eos urbis cuiusdam tutores esse dixerunt, velut Mosynae, urbis Phrygiae.[1]) Rectius autem Boeckhius Moxynitas cum Cory-

[1]) cfr. Plin. hist. nat. V 33.

bantibus comparare videtur. Ut illi isdem fere locis comitari Cybelam ferantur, ita hos comites videri Apollinis Sminthei. Cui rei convenit quod narrat Strabo XIII p. 604 Apollinis Sminthei cultum ex Creta insula in Troadem esse introductum, unde etiam Corybantes originem traxisse constat. Aliis quoque locis Asiae Minoris Apollinem cum Aesculapio consociari ex donariis apparet, velut Mileti hic titulus exstat:

C. I. G. 2864

Ἀπόλλωνι Διδυμεῖ καὶ Ἀσκληπιῷ Σωτῆρι καὶ Ὑγείᾳ.

et Rhodi hic:

Bull. de corr. hell. IV p. 139

δωρεὰν |δὲ
τὸ τέμενος τοῦ Ἀσκλαπ[ι
οῦ καὶ τοῦ Ἀπόλλ[ωνος καὶ
τᾶς Ἀφροδίτας.

De eorundem cultu communi Halicarnassensi cfr. Newton, discov. at Hal. Cnid. and. Branch. II p. 682.

3.
Dei Σωτῆρες.
Devae in Britannia.

C. I. L. VII p. 48. Simpson., Arch. Scot. II,1. 1856 p. 79:

θεοῖς σωτ|ῆρσιν
ὑπ|ερμενέσιν
Ἑρμογένης
ἰατρὸς βωμὸν
τόνδ᾽ ἀνέθηκα.

Haec ara ab Hermogene medico dicata, quem Hadriani medicum non sine causa intellexit Simpsonus l. c., quin ad deos medicos, quos Σωτῆρας vocari ex multis titulis novimus [1]), referenda sit, nulla dubitatio est.

Etiam θεοὶ ἀλεξίκακοι apte in comparationem vocantur, qui in titulis saepius dicuntur. [2])

[1]) vide p. 26.

[2]) cfr. C. I. G. 3530. 3990. C. I. A. III 177.

III.

Apollo et Diana.

α. Phenei in Arcadia.

Paus. VIII 15,2: Ἐς δὲ Πελλήνην ἐκ Φενεοῦ καὶ ἐς Αἴγειραν ἰόντι Ἀχαιῶν πόλιν, πέντε που προεληλυθότι καὶ δέκα σταδίους, Ἀπόλλωνός ἐστι Πυθίου ναός· ἐρείπια δ᾽ ἐλείπετο αὐτοῦ μόνα καὶ βωμὸς μέγας λίθου λευκοῦ· ἐνταῦθα ἔτι καὶ νῦν Ἀπόλλωνι Φενεᾶται καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν, Ἡρακλέα ἑλόντα Ἦλιν τὸ ἱερὸν λέγοντες ποιῆσαι.

β. Achinday in Britannia.

C. I. L. VII 1112 b:

Dianae
Apollini
M. Coccei.
Firmus
Ↄ leg II Aug.

Ara in quinta statione valli, Antonino Pio imperante anno 142 p. Chr. n. inter Clotam et Bodotriam exstructi, effossa est.

Miramur sane paucissima superesse documenta, quibus communi ara hi dei consociantur, siquidem et templa et sacerdotes et dona votiva communiter eis dicata multa ubique inveniuntur.

IV.

Iuppiter et Dea Roma cum aliis deis consociati.

Romani orbi terrarum devicto tanquam notas victoriae ac dominationis Deae Romae et Iovis Capitolini religionem imposuerunt. Quemadmodum Iovem Capitolinum Smyrnae

sacerdotem habuisse titulus docet,[1]) cuius dei templum Corinthi fuisse Pausanias testatur.[2])

Simili modo Athenis sacerdos erat Populi, Gratiarum, Deae Romae.[3])

De Dea Roma cum Caesare Augusto coniuncta infra agetur p. 35.

α. Tei.

Iuppiter Κτήσιος et Iuppiter Capitolinus et Roma et Ἀγαθὸς Δαίμων.

C. I. G. 3074:

Διὸς Κτησίου,
Διὸς Καπετωλίου,
Ῥώμης.
Ἀγαθοῦ Δαίμονος.

Consociantur in hac ara cum Romanis numina Graeca: Iuppiter Κτήσιος et Ἀγαθὸς Δαίμων, quorum prior etiam Athenis colebatur,[4]) cuius in ara bovem album sacrificari solere ex Demosthene probatur XXI 53: Διὶ Κτησίου βοῦν λευκόν. Praeterea cfr. titulum C. I. A. III 3854:

κ]αὶ Διὸς [Κ]τησίου

et Aesch. suppl. v. 427 et Agam. v. 1083.

β. Astypalaeae.

Iuppiter et Roma.

C. I. G. 2485 II vers. 42 seqq.:

ἀναθεῖναι δὲ] ἀνάθημα ἐμ μὲν Ῥωμαίων ἐν τῷ Καπετωλίῳ ναῷ τοῦ Διὸς, ἐν δὲ Ἀστυπαλαιέων ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ πρὸς τῷ βωμῷ [τοῦ Διὸς καὶ] τῆς Ῥώμης.

Ex hoc senatusconsulto de foedere, quod inter Roma-

[1]) cfr. C. I. G. 3153: ἱερεὺς Διὸς Καπε[τωλίου.

[2]) cfr. Paus. II 4,6: ὑπὲρ δὲ τὸ θέατρόν ἐστιν ἱερὸν Διὸς Καπετωλίου φωνῇ τῇ Ῥωμαίων.

[3]) cfr. C. I. A. III 265: ἱερέως Δήμου καὶ Χαρίτων καὶ Ῥώμης.

[4]) cfr. Paus. I 31,2: ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος Ἀνησιδώρας καὶ Διὸς Κτησίου.

nos et Astypalaeenses anno 105 a. Chr. n. ictum est, aram Iovis et Romae communem Astypalaeae dicatam esse apparet: nam vocabula τοῦ Διὸς καί in lapide recte suppleta esse eo confirmatur, quod in urbe Roma Iovis Capitolini tutelae decretum committitur.

Simili modo donarium Iovi Capitolino, Romae, Populo Romano anno 168 a. Chr. n. a Lyciis in Capitolio in commune conditum est, postquam libertatem Lyciorum senatus restituit:

C. I. L. VI 372 = C. I. G. 5880

lucei ab co]muni restitutei in maiorum leibert[atem dant] Roma· Iovei Capitolino et Poplo Romano v[irtutis benivolentiae beneficique causa erga Lucios ab comu[ni

---

Λυκίων τὸ κοινὸν κομισάμενον τὴν πάτριον δημοκρατίαν τὴν Ῥώμην Διὶ Καπετωλίῳ καὶ τῷ Δήμῳ τῷ Ῥωμαίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων.

De qua re cfr. Polyb. XXX 5 et Liv. XXXXIV 15.

V.

Caesar Augustus et Dea Roma.

Constat Augustum sui numinis cultum in provinciis non permisisse nisi cum Dea Roma consociati. [1])

α.

Athenis.

C. I. A. III 64. In ara:

Ὁ δῆμος θεᾷ Ῥώμῃ καὶ Σεβαστῷ Καίσαρι.

Utrumque deum ibidem communem sacerdotem habuisse titulo sellae theatri Bacchici probatur:

C. I. A. III 334

Ἱερέως θεᾶς Ῥώμης καὶ Σεβαστοῦ Καί[σαρος. [2])

[1]) cfr. Suet. Aug. 52. 58. Dio Cass. LI 20.

[2]) cfr. etiam C. I. A. III 63.

β.

Lugduni.

Huius arae communis ad confluentes Araris et Rhodani iam a. 12 a. Chr. n. in Augusti et Romae honorem conditae [1]) praeter alias reliquias nuper effossas [2]) litterae ipsius dedicationis tituli repertae sunt:

RO[M. ET AVG.

Hunc enim titulum arae communis fuisse nummi Lugdunenses testantur. [3])

Ad hunc cultum Augusti et deae Romae magna titulorum copia refertur, ex quibus templum et sacerdotem utrique deo in commune fuisse apparet. Ut paucis exemplis defungar, affero:

Boissieu., inscr. ant. de Lyon p. 84

. . . Aed[uo
summis [honoribus
apud suos functo
sacerdoti ad templ.
Rom. et Aug. ad con-
fluent. Araris et Rho-
dani.

Eodem spectat titulus II. p. Chr. n. saeculi apud Boissieu., l. c. p. 269 = Orelli, inscr. Lat. 6944. = Wilmanns, exempl. 1269:

Tib. Antistio Faus-
ti fil. Quirina Marci-
ano domo Circina
praef. coh. II Hispanae
trib. leg. XV. [Apol]linaris
piae fideli[s pr]aefecto a-
lae Sulpic[ia]e c. R. secun-
dum mandata imper. do-

[1]) cfr. Suet. Claud. II. Liv. epit. 139. Dio Cass. LIV 32. Strab. IV p. 192.

[2]) cfr. Hirschfeld., Lyon in der Römerzeit p. 17.

[3]) cfr. Boissieu., inscr. ant. de Lyon p. 83.

minor. N. N. Augg. inte-
gerrim. abstinentissim-
que procur. tres prov.
Galliae primo umquam eq. R. a censibus accipi-
endis ad aram Caesa-
rum statuam equestrem ponendam censue-
runt.

Recte enim Boissieu., l. c. p. 85 [1]) exposuit, omnia monumenta Lugdunensia ad duas diversas periodos spectare: prima periodo Augustum nisi cum dea Roma consociatum non coli, altera, Antoninorum temporibus, etiam successores Augusti huius cultus participes fuisse, qua re in titulis Lugdunensibus ,aram Caesarum' ad eundem cultum referri atque ,aram Romae et Augusti'. [2])

---

[1]) Ces restes antiques appartiennent tous à deux époques: les uns à celle où le culte d'Auguste divinisé était seul associé à celui de Rome; les autres au temps des Antonins, alors que l'apothéose des héritiers de la puissance d'Auguste avait associé au culte du fondateur de l'empire celui de tous ses successeurs.

[2]) cfr. p. 94: Je ne doute pas que cette ,ara Caesarum' ne soit la même que l',ara Romae et Augusti'. cfr. etiam p. 82, ubi de sacerdote communi agitur: les sacerdotes ad templum ou ad aram, les ministres de la divinité d'Auguste, des Augustes, des Césars, etc. n' appartiennent tous qu'à un seul et même ordre, celui des prêtres augustaux.

CAPUT III.

Arae communes reliquorum Deorum.

A.

Deorum Graecorum arae.

1.

Attica.

α. Athenis.

I.

Neptunus et Minerva.

Paus. I 30,4: δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλούμενος Κολωνὸς Ἵππιος . . . καὶ βωμὸς Ποσειδῶνος Ἱππίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἱππίας.

Ad hanc aram Coloni extructam praeclara illa spectant Sophoclis in Oed. Col. v. 1062: οἳ τὰν Ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν / καὶ τὸν Πόντιον Γαιάοχον, / Ῥέας φίλον υἱόν et Aristophanis in equit. v. 551: Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον κ. τ. λ. et in v. 581: Ὦ πολιοῦχε Παλλάς κ. τ. λ.

De utroque numine Atheniensium tutelari in communi templo, vulgo Erechtheo dicto, culto communique sacerdote e gente Butadum nota omnia. Atque Neptunus Ἵππιος, quem creatorem equi fuisse et Pausanias VII 21,3 narrat et similia Attica cognomina Neptuni: Ἐλάτης, Ἱππασότης probant, apte cum Minerva Ἱππίᾳ consociatur, quae prima frenum equo inicere docuisse Athenis Erichthonium, Corinthi Bellerophontem ferebatur, qua in urbe Minerva Χαλινῖτις colebatur.[1] Hinc Suidas s. v. Ἱππεία Ἀθηνᾶ· ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν διὰ τοῦτο Ἱππείαν κληθῆναι.

[1]) cfr. Paus. II 4,1: Τοῦ μνήματος δέ ἐστιν οὐ πόρρω Χαλινίτιδος Ἀθηνᾶς ἱερόν.

Nec temere marino deo Minerva sociatur, si quidem Ulixes, cum ex periculis maris esset servatus, Neptuno et Minervae delubrum dedicasse dicitur non procul ab Asea, urbe Arcadiae.[1]) Ipsa Minerva tanquam dea marina colitur Αἴθυια cognominata in litore Megaridis,[2]) Ἀνεμῶτις a Mothonensibus.[3])

De quibus deis saepissime cultu coniunctis plura invenies apud Doerdelmann., Minerva coniuncta cum diis marinis Halis 1861.

In Attica autem apud Laciadas utrumque numen etiam cum Eleusiniorum deabus communes honores habuisse tradit Pausanias I 37,2: Δήμητρος ἱερὸν καὶ τῆς παιδός· σὺν δέ σφισιν Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἔχουσι τιμάς.

Quem ad cultum communem quod Arnaldus p. 92 titulum referri voluit, qui exstat apud Gruterum p. CCCXVII num. 3 = C. I. A. III 1109, Hadriani vel Antoninorum aetate scriptum:

Ἀγαθῇ τύχῃ
ἐπὶ Κλ. Ἀττάλου ἄρ-
χοντος κοσμητὴς
ἐφήβων ἱερεὺς θε-
οῦ καὶ θεᾶς Εἰρήναι-
ος Παιανιεύς,

eaedem significationes numinum obscurae nuper cum Eleusiniis deis iunctae apparuerunt in titulo gravissimo Eleusinio, aetatis Pericleae:

Bull. de corr. hell. IV p. 225. Dittenb. Syll. num. 13. v. 36 θύειν δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ πελάνου καθότι ἂν Εὐμολπίδαι ἐ[ξηγή-
σω]νται, τρίττοιαν δὲ βόυαρχον χρυσόκερων τοῖν Θεοῖν ἑκα[τέρ-
αι ἀ]πὸ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν καὶ τῶι Τριπτολέμωι καὶ τῶι Θεῶι
καὶ τῆι Θεᾶι καὶ τῶι Εὐβούλωι ἱερεῖον ἑκάστωι τέλειον, καὶ
τῆι Ἀθηναίαι βοῦν χρυσόκερων,

ubi Minervae nomen additum Arnaldi opinionem refutat.

[1]) cfr. Paus. VIII 44,4.

[2]) cfr. Paus. I 5,3.

[3]) cfr. Paus. IV 35,5.

II.

Neptunus et Erechtheus.

Paus. I 26,6: Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα Ἐρέχθειον καλούμενον. — ἐσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ᾽ οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἐκ τοῦ μαντεύματος, καὶ ἥρωος Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου.

Hac ara et ipsa indigenae dei Atticae duo in commune colebantur, quos sacerdotem quoque habuisse communem ex inscriptione sellae theatri Baechici intellegitur: ἱερέως Ποσειδῶνος Γαιηόχου καὶ Ἐρεχθέως (C. I. A. III 276).

Nam quod Dittenbergerus (l. c.) putat Erechtheum eundem esse atque Neptunum, nec sacerdotem duorum numinum esse agnoscendum, quamquam Neptunus Erechtheus notus est ex titulo C. I. A. III 805 Neronis tempore inscripto:

ὁ ἱερεὺς Ποσειδῶν[ος
Ἐρεχθέως Γαιηόχου
Τι. Κλαύδιος Θεογένη[ς
Παιανιεύς κ. τ. λ.

et ex antiquiore V. a. Chr. n. saeculo exarato, C. I. A. I 387

Ἐπιτέλης / Οἰνοχάρης / Σωναύτου
Περγασῆθεν / Ποσειδῶνι / Ἐρεχθεῖ ἀνεθέτην

et ex Hesychii glossa Ἐρεχθεὺς Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις: tamen non est, cur non ex antiquissimo cognomine proprium numen effictum esse putemus; quemadmodum a Minerva Hygia modo distinguitur Hygia modo una cum illa colitur. Neque καί copula in titulo sellae theatri recte defenditur ex Dittenbergeri ratione.

III.

Aesculapius et Hygia.[1]

[1]) vide p. 21.

IV.

Iuppiter Ἕρκειος et Mercurius et Acamas.

Mitth. d. arch. Inst. in Athen IV p. 288:

Διὸς Ἑρκείου Ἑρμοῦ Ἀκάμαντος.

Titulus arae rotundae nuper ad interiorem muri partem apud Dipylum in basi antiqua repertus est.

Colebantur hac ara communiter, si sequimur B. Schmidtium,[1]) Iuppiter Ἕρκειος et Mercurius Acamas. Cum autem nusquam Mercurius cognominetur Acamas, meliore sane ratione Ulricus Köhlerus tres deos συμβώμους agnoscit: Iovem Penetralem, id quod elucet ex cognomine Ἑρκείου, Mercurium portae custodem et viarum, qui idem in arcis propylaeis προπύλαιος excipit advenas,[2]) denique Acamantem, heroem eponymum Acamantidis tribus, ad quam pagus Ceramicus pertinet, cuius in interioris et exterioris partis finibus ipsa ara posita est.

Atque Iovem Ἕρκειον Athenis ab omnibus phratriis cultum esse notum est.[3]) Alteram eius aram Philochorus commemorat in fragm. 146 apud Dionysium Halicarnassensem de Din. 13: ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διὸς τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, ad aram ab occidente Erechthei positam respiciens.

Mercurius aliis quoque locis custos urbis colebatur, velut eius effigies in cella Minervae Poliadis posita erat[4]) et is ipse cum dea urbis consociatus in titulis donorum invenitur, quae exstant Larissae et Hypatae:

Ἑρμᾷ καὶ τᾷ πόλει.[5])

[1]) cfr. Die Thorfrage in der Topographie Athens p. 12.

[2]) cfr. Paus. I 22,8: Κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν Ἑρμῆν, ὃν προπύλαιον ὀνομάζουσι.

[3]) cfr. Hesych.: ἔστι δὲ Ἕρκειος Ζεὺς παρὰ Ἀθηναίοις. Poll. onom. VIII 85. K. F. Hermann., Lehrb. d. griech. Staatsalterth. 100,4. Schoemann, Griech. Alterth. II p. 552.

[4]) cfr. Paus. I 27,1: Κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος Ἑρμῆς ξύλου, Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα, ὑπὸ κλάδων μυρσίνης οὐ σύνοπτον.

[5]) vide p. 52.

Denique cum ara, de qua agimus, comparari potest basis, quae in Anglia, in palatio Wilton House dicto, servatur, anaglyphis insignis, quibus Iuppiter et Mercurius una cum Vesta sive Venere et Minerva iuncti comparent: cfr. Michaelis, Anc. Marb. p. 692 num. 113.

V.

Mercurius et Venus et Pan cum Nymphis et Iside.

Kumanudes, Ἀθήν. V p. 330. U. Köhler., Mitth. d. arch. Inst. in Athen. II p. 246:

Ἑρμοῦ, Νυμφῶν, Ἴσιδος.
Ἀφροδείτης,
Πανός.

Ara tribus escharis super Ἑρμοῦ, Νυμφῶν, Ἴσιδος nominibus insignis, propter formam litterarum I. a. Chr. n. saeculo posita videtur. Tria tanquam genera deorum sunt, quorum sua cuique eschara dicata est.

Mercurium et Venerem et Pana Köhlerus l. c. ad naturalem procreandi libidinem rettulit; ceterum Mercurium ac Venerem propius tanquam deos coniugales consociatos esse infra demonstrabitur p. 66.

Nymphas etiam titulus ineunte altero p. Chr. n. saeculo inscriptus exhibet prope hanc aram effossus:

Ὁ δεῖνα . . . . |Σ: Νύμφας κ|αὶ . . . ἀνέθηκεν.

Mitth. d. arch. Inst. in Athen. II p. 248.

Denique cum Graecis deis σύμβωμος Aegyptia Isis sociatur, quae Athenis IV. a. Chr. n. saeculo (anno 333/2) privatum cultum ac templum nacta est.[1]

Comparata illa ara cum ceteris lapidibus ab ea parte arcis, quae ad meridiem spectat, effossis Köhlerus in templo Veneris Pandemi concludit effigies fuisse Mercurii Panisque, extra templum, fortasse intra locum sacratum, Nymphas et prope eas Isidem cultum habuisse.

[1]) cfr. C. I. A. II 169. Köhler., Herm. V 351.

VI.

Saturnus et Rhea.[1])

VII.

Prometheus et Vulcanus.

Schol. ad Soph. Oed. Col. v. 56:

Τιτὰν Προμηθεύς· περὶ τοῦ τὸν Προμηθέα περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καὶ τὸν Κολωνὸν ἱδρῦσθαι. Ἀπολλόδωρος γράφει οὕτω τῇ π̄. Συντιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἥφαιστος. καὶ ἔστιν αὐτοῦ παλαιὸν ἵδρυμα, καὶ βωμὸς ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ. Δείκνυται [δὲ] καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἥφαιστος νέος καὶ δεύτερος. Καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος.

Haec adnotatio grammatici communem aram hos deos Athenis habuisse testatur. Prometheum Πυρφόρον simili cum Vulcano veneratione frui ut ipse Sophoclis locus nos docet Oed. Col. v. 54:

> χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ᾽ ἔστ᾽· ἔχει δέ νιν
> σεμνὸς Ποσειδῶν ἠδ᾽ ὁ Πυρφόρος θεὸς
> Τιτὰν Προμηθεύς,

ita ex die festo eius, qui cum Vulcanalibus arte cohaeret, certo elucet: quo die pueri, qui faces tenebant ardentes, cursu certabant. Id tradunt scholiasta ad Aristoph. ran. v. 131: ἀφιεμένην τὴν λαμπάδα: Τοὺς λαμπαδιστὰς ἀγῶνας. λαμπαδηδρομίαι δὲ γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως. Κεραμεικὸς τόπος Ἀθήνησιν. ὅπου συνετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ ἐνιαυτὸν λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. πρὸς δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ πύργον τινὰ ὑπάρχειν φασίν. ἐφ᾽ ὃν συμβουλεύει αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τὴν λαμπάδα, καὶ

[1]) vide p. 16.

ὅταν οἱ πρῶτοι λαμπαδίζοντες ἀφεθῶσι, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πύργου ἀφεῖναι ἑαυτὸν κάτω.

et Pausanias I 30, 2: ἐν Ἀκαδημείᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμός· καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δὲ, οὐδὲν ἔτι τῆς νίκης τῷ πρώτῳ, δευτέρῳ δὲ ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν· εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ καὶ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν, ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη.

Praeterea cfr. Herodotum VIII 98: δρόμος — καθάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσιν
et titulum nuper repertum: Ephem. Arch. 1883 p. 167 in versu 23 seqq:

οἱ ἱεροπ[οι]ο[ὶ αἱρέσθων] διακοσίους ἐξ Ἀθη[να]ίων, τὴν δὲ λ[αμπάδα τελεῖν; τῇ πε-
ν]τετηρίδι [καὶ τοῖς Ἡφ]αιστίοις, ποιούντω[ν δ]ὲ οἱ ἱεροπ[οιοὶ . . .
. . . . λαμπαδ[εδρομίαν καὶ] τὸν ἄλλον ἀγῶνα γίγνεσθαι καθά[περ . . .
ταὶ]ν θεαῖ[ν οἱ ἱεροποι]οὶ ποιῶσι, καὶ τὸ λοιπὸν ἐὰν δοκῇ . . .
. . . ΟΣΕ . . ντων οἱ ἱεροποιοὶ καὶ τῷ . . . . .
. . . Ν [οἱ δὲ λαμπάδαρ]χοι οἱ εἰρημένοι ἐς τὰ Προμήθια . . .
τ[. . . . πρ]οσελόσθων, τὸν δὲ βωμὸν τῷ Ἡφαί[στῳ . . .

Προμήθεια et Ἡφαίστεια ludis celebrata esse confirmant [Xenophon] de Athen. rep. III 4 et titulus C. I. A. II 553.

Quod Apollodorus in scholio, a quo profecti sumus, etiam Minervam cum Vulcano in Academia cultu communi consociari dicit, aliunde quoque utrumque deum artissimis vinculis coniunctum esse scimus. [1]) Ut uno exemplo defungar, basin afferam ad arcem Athenarum repertam, in qua hi dei ficti expressi sunt. [2]) Templum Vulcani et Minervae Ἡφαιστίας [3]) commune in foro Ceramici ab Augustino memoratur de civ. dei XVIII 12: in templo Vulcani et Minervae, quod

[1]) cfr. Michaelis, Nuove Memorie dell' Inst. p. 201.
[2]) cfr. Mon. ined. dell' Inst. VI tab. 45,1—4.
[3]) cfr. Hesych.: Ἡφαιστία· Ἀθηνᾶ. Dittenb. Syll. num. 333 v. 20.

ambo unum habebant Athenis. Conferantur de his deis natura sibi propinquis etiam Plato in Crit. p. 109 C: Ἥφαιστος δὲ κοινὴν καὶ Ἀθηνᾶ φύσιν ἔχοντες ἅμα μὲν ἀδελφὴν ἐκ ταὐτοῦ πατρός, ἅμα δὲ φιλοσοφίᾳ φιλοτεχνίᾳ τε ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες, οὕτω μίαν ἄμφω λῆξιν τήνδε τὴν χώραν εἰλήχατον, ὡς οἰκείαν καὶ πρόσφορον ἀρετῇ καὶ φρονήσει πεφυκυῖαν, deinde p. 112 B: περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερόν, et Pausanias I 14, 6: ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον ναός ἐστιν Ἡφαίστου· καὶ ὅτι μὲν ἄγαλμά οἱ παρέστηκεν Ἀθηνᾶς, οὐδὲν θαῦμα ἐποιούμην τὸν ἐπὶ Ἐριχθονίῳ ἐπιστάμενος λόγον· τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν τῆς Ἀθηνᾶς γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμούς, Λιβύων τὸν μῦθον ὄντα εὕρισκον. τούτοις γάρ ἐστιν εἰρημένον, Ποσειδῶνος καὶ λίμνης Τριτωνίδος θυγατέρα εἶναι καὶ διὰ τοῦτο γλαυκοὺς εἶναι ὥσπερ καὶ τῷ Ποσειδῶνι τοὺς ὀφθαλμούς. [1])

VIII.

Mercurius cum Dea incerta.

Ara anaglyphis insignis, edita a Luetzowio in Ann. dell' Inst. XLI p. 253 et tab. I. K.

Ara e Pentelico marmore facta in duobus lateribus deorum figuras sculptas exhibet, tertium et quartum latus anaglyphis vacant. Quae anaglypha quod Luetzowius ad Calamidem artificem refert, fundamento idoneo non nititur. Quamquam ad initium V. a. Chr. n. saeculi artemque Calamidis non dissimilem spectat ara, quae in summo praebet escharam i. e. cavum recessum ad sacra facienda. In altero latere repraesentatus est Mercurius κριοφόρος, capillis demissis et rigida barba insignis, in altero dea, cuius inferior pars attrita est. Quae illa fuerit, dubium est: Luetzowius Venerem intellegendam putat, quae Athenis aliisve locis cum Mercurio coniungi solet [2]). Verum in re incerta certi nihil efficies.

---

[1]) cfr. etiam Aug. Mommsen., Heort. p. 312.

[2]) vide de aris Athenis et Lesbi repertis p. 42 et 66.

IX.

Bacchus cum Deo incerto.

C. I. A. III 192:

ʼΑγαθῇ] Τύχῃ
ι Διωνύσῳ τε
] βωμόν.

Titulus in ara legitur, Romana aetate posita, cuius inferior pars quadrata, superior rotunda est forma. Vehementer dolemus, quod, qui cum Baccho iunctus fuerit deus, ex reliquiis enucleare non possumus.

At cum ex insolita particula τε tum ex forma Διωνύσῳ suspicamur hanc inscriptionem metricam fuisse, quae ad hunc fere modum restitui possit:

Ἀγαθῇ Τύχῃ
Φαῖδρος Παν]ὶ Διωνύσῳ τε
ἱδρύσατ]ο βωμόν,

vel verbis τὸν βωμόν extra metrum positis:

Ἀγαθῇ Τύχῃ
Πάμφιλος ʼΑπόλλων]ι Διωνύσῳ τε
ἀνέθηκε τὸν] βωμόν.

Forma epicis inde ab Homero familiaris Διώνυσος in titulis metricis saepius legitur. Cfr. Röhl., insc. Graec. ant. 284 et Kaibel., epigr. Gr. 153 in vers. 11 et 1035 in vers. 5.

X.

Alcmena et Iolaus.

Paus. I 19,3: Ἔστι δὲ Ἡρακλέους ἱερὸν καλούμενον Κυνόσαργες· καὶ τὰ μὲν ἐς τὴν κύνα εἰδέναι τὴν λευκὴν ἐπιλεξαμένοις ἔστι τὸν χρησμόν· βωμοὶ δέ εἰσιν Ἡρακλέους τε καὶ Ἥβης, ἣν Διὸς παῖδα οὖσαν συνοικεῖν Ἡρακλεῖ νομίζουσιν. ʼΑλκμήνης τε βωμὸς καὶ ʼΙολάου πεποίηται, ὃς τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συνεπόνησε τῶν ἔργων.

XI.

Hercules et Iolaus.

Iolaum, Herculis comitem, qui proprium thesaurum Athenis possedit, [1]) arae Herculaneae socium fuisse auctor est Plutarchus, de fratr. am. 21: Ἡρακλῆς τε γὰρ δυοῖν δέοντας ἑβδομήκοντα γεννήσας παῖδας, οὐδενὸς ἧττον αὐτῶν τὸν ἀδελφιδοῦν ἠγάπησεν. ἀλλὰ καὶ νῦν πολλαχοῦ σύμβωμός ἐστιν Ἰόλαος αὐτῷ καὶ συγκατεύχονται παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες.

Quamquam loca, ubi hi heroes σύμβωμοι invocabantur, a Plutarcho non dicuntur. Ceterum sescenties in vasculorum picturis utrumque pictum conspicimus. [2])

Cum Herculis cultu Attico etiam Heraclidarum religio arte cohaerebat, [3]) quos Athenis sacerdotem communem habuisse titulus testatur: C. I. A. III 581 in vers. 24 ἐπαι[ν]έσαι δὲ καὶ τὸν ἱερέα τῶν Ἡρακλειδῶ[ν Κα]λλίαν κ. τ. λ. Heraclidarum fabulam et a poetis tragicis et ab oratoribus Atticis celebratam in Thesei maxime honorem esse adhibitam nuper Wilamowitzius demonstravit in comm. de Eurip. Heracl. Gryphisw. 1882.

XII.

Dictys et Clymena.

Paus. II 18,1: Ἐκ Μυκηνῶν δὲ ἐς Ἄργος ἐρχομένοις ἐν ἀριστερᾷ Περσέως παρὰ τὴν ὁδόν ἐστιν ἡρῷον· ἔχει μὲν δὴ καὶ ἐνταῦθα τιμὰς παρὰ τῶν προσχωρίων, μεγίστας δὲ ἔν τε Σερίφῳ, καὶ παρ' Ἀθηναίοις Περσέως τέμενος, καὶ Δίκτυος καὶ Κλυμένης βωμὸς σωτήρων καλουμένων Περσέως.

Horum heroum cultus Atticus a Seriphiis videtur repetitus. Ac Dictys Perseum una cum matre ad Seriphi litus appul-

[1]) cfr. Kirchhoff., Bemerkgen zu d. Urk. d. Schatzm. d. and. Götter p. 32. C. I. A. I 125 K.

[2]) cfr. Jahn., Beschreibg. d. Vasensammlg. König Ludw. num. 145 et 159.

[3]) cfr. Dettmer., de Herc. Att. p. 61.

sum comiter excepisse et ab insidiis fratris Polydectae defendisse dicitur. Clymena vero quas in servando Perseo partes habuerit et quaenam ex tribus, quarum mentio fit, Cadrei [1]) an Minyae [2]) an Oceani [3]) filia fuerit, nescimus. Polydectae et Dictyis matrem esse intellegendam, quae secundum Apollodorum I 9,6 [4]) naias fuit, Siebelis ad Pausaniae locum adnotat: quo non multum proficimus.

Addo nomen Clymenae non aliter atque Clymenum, quo nomine Ditem Patrem Hermionenses colebant, [5]) ad inferorum cultum referendum esse; nam et Proserpina Clymene dicitur [6]) et in vasculis Atticis mulier plus semel pingitur illo nomine insignita. Polydectae quoque et Dictyis nomina quam bene huic opinioni conveniant, facile apparet.

XIII.

Populus Atheniensium et Gratiae.

Demosth. de corona 114. ed. Dind. I p. 270:

Ψήφισμα Χερρονησιτῶν.

Χερρονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστόν, Ἐλεοῦντα, Μάδυταν, Ἀλωπεκόννησον, στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, καὶ Χάριτος βωμὸν ἱδρύονται καὶ δήμου Ἀθηναίων, ὅτι πάντων μεγίστου ἀγαθῶν παραίτιος γέγονε Χερρονησίταις, ἐξελόμενος ἐκ τῆς

[1]) cfr. Apollod. III 2,1.

[2]) cfr. Paus. X 29,3.

[3]) cfr. Hes. theog. 351.

[4]) Μάγνης δὲ Αἰόλου γαμεῖ νύμφην νηίδα, καὶ γίνονται αὐτῷ παῖδες Πολυδέκτης καὶ Δίκτυς.

[5]) cfr. ut uno exemplo defungar: Le Bas, Voy. arch. II 159b
Σώδαμος Ἑρμία τὸν αὐ-
τοῦ ἀδελφὸν Ἑρμίαν Δά-
ματρι, Κλυμένῳ, Κόρᾳ.

[6]) cfr. Welcker., Griech. Götterl. II 488: Der Name Κλυμένη ist auf Persephone übertragen an der Vase mit dem Parisurtheil in Karlsruh, dessen höchst ausgezeichnete Composition, vorzüglich durch diese Deutung der Klymene ich sicher gestellt zu haben glaube in Ann. dell' Inst. 1845 p. 172 seqq.

Φιλίππου καὶ ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, τὴν ἐλευθερίαν, τὰ ἱερά, καὶ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα αἰῶνι παντὶ οὐκ ἐλλείψει εὐχαριστῶν καὶ ποιῶν, ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν. ταῦτα ἐψηφίσαντο ἐν τῷ κοινῷ βουλευτηρίῳ.

Decretum Chersonesitarum, quo aram communem Gratiae et Populo Atheniensium positam esse traditur, non minus quam cetera decreta in illa Demosthenis oratione inserta suspectum est.[1]) Firmat suspicionem singularis numerus Χάριτος, cum ceteris omnibus, quae exstant, testimoniis Χάριτας cultas esse probetur: et ut pluralem facile corrigendo restitui posse concedamus, singularis ordo deorum Χάριτος καὶ Δήμου Ἀθηναίων pro sollemni Δήμου Ἀθηναίων καὶ Χαρίτων defendi nequit. Addo coronas immensi ponderis ac pretii LX talentorum decretas, denique ipsam plebisciti formam: velut verba ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, τὴν ἐλευθερίαν, τὰ ἱερά a forma decretorum in universum recepta abhorrent. Itaque hanc aram Athenis fuisse hoc quidem plebiscito nobis non persuadetur; quamquam cum ex multis testimoniis cultus communis Populi et Gratiarum probetur, aram quoque communem exstitisse veri specie non caret.

Novimus enim communem sacerdotem ex titulis epheborum sub finem alterius et initio ultimi a. Chr. n. saeculi incisis:

C. I. A. II 467

μετὰ τοῦ κοσμητοῦ καὶ τοῦ ἱερέως τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων [2])

et ex inscriptione sellae theatri Bacchici:

C. I. A. III 661

τὸν ἱερέα Δήμου καὶ Χα[ρίτων κ. τ. λ.

Posteriore aetate etiam dea Roma in eam societatem vocata est:

C. I. A. III 265

ἱερέως Δήμου / καὶ Χαρίτων καὶ Ῥώμης.

---

[1]) cfr. de his decretis Droysen., Ztschrft. f. Alterthw. VI p. 812, quamquam is in hoc decreto, quod vituperaret non repperit.

[2]) cfr. etiam C. I. A. II 466, 468, 469, 470, 471.

Etiam nemus his deis communiter sacratum fuisse titulus II. a. Chr. n. saeculi demonstrat:

C. I. A. II 605

ἐν τῷ τεμένει τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων,

in quo ex Iosephi testimonio Hyrcani, summi Iudaeorum sacerdotis, statua posita erat anno 48 a. Chr. n.[1])

Denique anaglyphum commemoro Athenis servatum,[2]) ubi tres Gratiae repraesentantur. Cuius titulum valde detritum, cum ΔΗ litterae serventur, Kumanudes sine dubio recte supplevit

τῷ] Δή[μῳ καὶ ταῖς Χάρισιν,

quam coniecturam Robertus in libello de Gratiis Atticis comment. in hon. Momms. scriptis inserto p. 147 probavit.

Ceterum mos Populum cum aliis deis communi religione iungendi late patebat: quod ex his exemplis intellegas:

I. Bacchus et Populus 1) Mylasae:

Bull. de corr. hell. V p. 106

Ὁ δεῖνα Ἀρίσ]τωνος τοῦ Φανίου, ἱερεὺς Σαβαζίου καὶ τῶν Ἀσ[. . . . τ]ὸ[ν ἀν]δριάντα Διονύσῳ καὶ τῷ Δήμῳ.

2) Iasi:

C. I. G. 2681

τὸ βῆμα Διονύσῳ καὶ τῷ Δήμῳ.

II. Venus et Populus Mylasae:

Le Bas Waddington., Asie Min. III 591

τὸν κίονα θεᾷ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Δήμῳ.

III. Aesculapius et Populus apud Coos:

Bull. de corr. hell. V p. 197

Θευφάνης
Μοσχίωνος
ἱερεὺς Ἀσκλαπιοῦ

[1]) Antiq. Iud. XIV 8,5: στῆσαι αὐτοῦ (scil. Hyrcani) εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένει τοῦ δήμου καὶ τῶν Χαρίτων.

[2]) cfr. Keil., Philol. XXIII p. 236. Benndorf., Arch. Ztg. 1869 p. 55. Furtwaengler., Die Chariten der Acropolis Mitth. d. arch. Inst in Athen 1878 p. 181.

τὸν ναὸν Ἀσκλαπιῷ
καὶ τῷ Δάμῳ.

IV. Aesculapius et Hygia et Populus Athenis:

C. I. A. II 489 b. vers. 25

τὰ θυρώματα καὶ τὴν ὀπίσω τοῦ προπύλου στέγην Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ καὶ τῷ Δήμῳ ἀνέθηκεν.

V. Apollo et Populus apud Coos:

Bull. de corr. hell. V p. 198

Ὁ δεῖνα] Πυθοκλέους Ἀπόλλωνι [καὶ τῷ] Δάμῳ.

VI. Apollo et Diana et Populus Aezanis:

C. I. G. 3842

Ἀπόλλωνι] καὶ Ἀρτέμιδι καὶ τ[ῷ] Δή[μῳ τῷ . . .

VII. Sol et Populus Mopsuestae, in urbe Ciliciae:

C. I. G. add. 4443 b

Φιλοκλῆς Φιλοκλέους τοῦ
Ἰσχολάου ἀρχιτέκτ[ω]ν [θεᾷ
Ἡλίῳ καὶ τῷ Δήμῳ.

VIII. Diana et Caesares et Populus Ephesi:

C. I. G. 2958

Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ, καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῷ, καὶ Τιβηρίῳ Καίσαρι Σεβ[αστοῦ] υἱῷ καὶ τῷ Δήμῳ τῶν Ἐφεσίων κ. τ. λ.

IX. Dei Σεβαστοί et Isis et Populus Athenis:

C. I. A. III 205

θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ καὶ τῷ Δήμῳ.[1])

X. Iuppiter Capitolinus et Populus Romae:

C. I. G. 5882

— Διὶ Καπετωλίῳ καὶ τῷ Δήμῳ τῷ Ῥωμαίων.[2])

XI. Omnes dei et Populus Aegialae, in urbe Amorgi:

C. I. G. add. 2264 c

Κριτόλαος
Ἀλκιμέδοντος
τὸν ναὸν θεοῖς καὶ τῷ Δήμῳ.

[1]) vide p. 21.

[2]) vide p. 35.

Simili modo etiam Civitatis vel Patriae numen cum deis consociatur, velut:

I. cum Baccho et Caesare Catapoli:

C. I. G. add. 2264 m

Διονύσῳ Μεινωήτῃ καὶ τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρ(κῳ) Αὐρ(ηλίῳ) Κομμόδῳ Ἀντωνείνῳ Σεβαστῷ, Εὐσεβεῖ, Εὐτυχεῖ, κ. τ. λ.

II. cum Mercurio 1) Larissae:

Le Bas, Voy. arch. p. 274 num. 1160

Γνωσίας Φιλοκράτους
Κλεόμαχος Δικαιοπόλεως
Ἐράσιππος Ξενομένους
ἀγορανομήσαντες
Ἑρμᾷ καὶ τᾷ πόλει.

2) Hypatae:

Le Bas, Voy. arch. p. 261 num. 1112

Εὔανδρος Ἀγαθοκλέους ΓΥ . . ησας τὰν ἐξέδραν τὸν οἶκον τὸν λουτρ . . ονι / μα Ἑρμᾷ καὶ τᾷ πόλει.

III. cum Matre deorum et deis Σεβαστοῖς Athenis:

C. I. A. III 67

Μητρὶ θε]ῶν καὶ Σεβαστοῖς κα[ὶ τῇ πόλει.

XIV.

Dea Roma et Caesar Augustus.[1])

XV.

[Αἰδώς et Ἀφέλεια.]

Eustathius ad Il. XXII 451: Ἀθήνησιν Αἰδοῦς καὶ Ἀφελείας ἦν βωμὸς περὶ τὸν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς νεών, καθὰ καὶ Παυσανίας ἱστορεῖ, ἅς οἱ μὲν παιδαγωγούς, οἱ δὲ τροφοὺς τῆς θεᾶς γενέσθαι φασίν.

Quae verba cum aram communem designent, separatim his deabus duas aras esse dicatas Hesychius auctor est, quem ex eodem fonte hausisse ipsa duorum numinum con-

[1]) vide p. 35.

iunctio probare videtur: Αἰδοῦς βωμός· Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει Αἰδοῦς καὶ Ἀφελείας[1]) εἰσὶ βωμοὶ πρὸς τῷ ἱερῷ.

Atque Αἰδοῦς quidem ara memoratur a Pausania I 17 1: καὶ θεοὺς εὐσεβοῦσιν ἄλλων πλέον· καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφισι βωμός ἐστι καὶ Φήμης καὶ Ὁρμῆς et in Bekkeri anecdotis p. 355,14: Αἰδώ· . . . καὶ ἡ τροφὸς τῆς Ἀθηνᾶς. καὶ ὁ βωμὸς ὁ ἐν τῇ ἀκροπόλει.

Denique, quod gravissimum est, sacerdos Αἰδοῦς in titulo theatri comparet: C. I. A. III 367

ἱ[ερ]ε[ί]αι Αἰδοῦς.

Itaque Eustathium potius quam Pausaniam grammaticum, cuius ex opere hausit Homeri interpres, neglegentia peccasse puto, cum Αἰδώ arae sociam appellet Ἀφελείας.

Alia quoque numina similia, quibus religionem Atheniensium abundare Pausanias l. c. dicit, proprias aras habebant velut Φήμη et Ὁρμή.

β. Eleusine.

XVI.

Ceres et Proserpina.[2])

XVII.

Ceres et Proserpina cum Telesidromo et Triptolemo et Iaccho nec non cum Hecate et Mercurio et Gratiis atque Diana coniunctae.[3])

XVIII.

γ. Zostere.

Apollo et Diana et Latona.

Paus. I 31,1: ἐν Ζωστῆρι δὲ ἐπὶ θαλάσσης καὶ βωμὸς Ἀθηνᾶς καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς· τεκεῖν μὲν οὖν Λητὼ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οὔ φασι, λύσασθαι δὲ τὸν ζωστῆρα ὡς τεξομένην καὶ τῷ χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα.

1) Ita Wachsmuthius correxit e codicis lectione φιλίας.

2) vide p. 18.

3) vide p. 19.

Hoc loco Schubartius *καί* copulam ante βωμός uncis inclusit, ut una quattuor numinum ara communis efficeretur. Quod neque alibi traditur, et Minervam a Deliis deis tribus separandam esse persuadet testimonium Stephani Byzantii: Ζωστήρ, τῆς Ἀττικῆς ἰσθμός, ὅπου φασὶ τὴν Λητὼ λῦσαι τὴν ζώνην, [καὶ] καθεῖσαν ἐν τῇ λίμνῃ λούσασθαι. ἐνταῦθα θύουσιν Ἁλιεῖς Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι Ζωστηρίῳ. — τιμᾶται καὶ Ζωστηρία Ἀθηνᾶ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίοις: unde Minervae Zosteriae, ab Locris quoque Epicnemediis cultae, peculiarem esse rationem apparet. Itaque malim aut in contextu Pausaniae mutato ordine verborum Ἀθηνᾶς βωμός copulam *καί* servare: ut recepta lectione καὶ Ἀθηνᾶς βωμὸς καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς duae arae vicinae agnoscantur, altera Apollinis, Dianae, Latonae, altera Minervae, quae Deliis deis ibi patrocinium praestitisse ferebatur, aut, servato ordine in codicibus tradito, ἄλλος ante Ἀπόλλωνος inserere, quo clarius de duabus aris sermonem esse pateat.

Nimirum cum eis, quae Pausanias ad Zosteris vocabuli originationem affert, pleraque auctorum testimonia consentiunt: velut Hyperidis in fragm. LXX (ed. Blass., p. 82) et Aristidis or. Panath. I p. 157 (Dind.) et Hesychii s. v. Ζωστήρ.

Latonam igitur parturientem Zostere zonam solvisse, eique Minervam patronam vel potius obstetricem adfuisse, pervulgata erat fabella. Quo refertur Minerva Πρόνοια, quae cum Deliis deis artissimis vinculis conexa praecipue Sunii, Deli, Prasiis, Delphis invocabatur, [1])

[1]) cfr. Aristid., Minerva I p. 21 Dind.: ὥστε ἡ μὲν Ἄρτεμις λοχία ταῖς ἄλλαις ἐστίν, αὕτη δὲ τῇ Ἀρτέμιδι λοχία πρὸς τὰς γονὰς ἡ θεὸς γεγένηται; Panath. I p. 157 Dind.: βαδίζουσα (scil. Λητώ) ἀεὶ εἰς τὸ πρὸς ἕω τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἡγουμένης ἀπ' ἄκρας τῆς Ἀττικῆς; quibuscum scholia comparanda sunt apud Dind. III p. 27: Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς Ἀττικῆς (i. e. Sunii) ἦν. ἐποίησαν δὲ τοῦτο Ἀθηναῖοι ἢ διότι προνοεῖται ἡ θεὸς τῆς πόλεως, ἢ ὅτι τοῦ τῆς Λητοῦς τόκου πρόνοιαν ἔσχεν, ὅτε ἀπείργετο παρὰ τῆς Ἥρας ἐν γῇ ταύτην μὴ τεκεῖν, καὶ ἔδειξε τὸ Σούνιον, καὶ πρὸς τὴν Δῆλον ἐχειραγώγησε. (A. C.) διὰ τοῦτο γὰρ ἐκλήθη Πρόνοια Ἀθηνᾶ, ὅτι προενοήθη τοῦ τόκου τῆς Λητοῦς. καλῶς οὖν Ἀθηνᾶ προηγεῖται πρὸς τὸν τόκον συμβαλλομένη τῇ

2.

Boeotia.

Oropi.

Amphiaraus et alii Dei.

Paus. I 34, 2: Θεὸν δὲ Ἀμφιάραον πρώτοις Ὠρωπίοις κατέστη νομίζειν. ὕστερον δὲ καὶ οἱ πάντες Ἕλληνες ἥγηνται. — καὶ Ὠρωπίοις νάος τέ ἐστιν Ἀμφιαράου καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου. παρέχεται δὲ ὁ βωμὸς μέρη· τὸ μὲν Ἡρακλέους καὶ Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός ἐστι Παιῶνος, τὸ δὲ ἥρωσι καὶ ἡρώων ἀνεῖται γυναιξί. τρίτον δὲ Ἑστίας καὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἀμφιαράου καὶ τῶν παίδων Ἀμφιλόχου. (Ἀλκμαίων δὲ διὰ τὸ ἐς Ἐριφύλην ἔργον οὔτε ἐν Ἀμφιαράου τινά, οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀμφιλόχῳ τιμὴν ἔχει). τετάρτη δέ ἐστι τοῦ βωμοῦ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας, ἔτι δὲ Ἰασοῦς καὶ Ὑγιείας καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας. πέμπτη δὲ πεποίηται Νύμφαις καὶ Πανὶ καὶ ποταμοῖς Ἀχελῴῳ καὶ Κηφισῷ.

Ara magna in Amphiarai honorem exstructa una omnium nobilissima est. Nam cum ceterae arae communes duobus paucisve deis consecratae sint, haec singulari exemplo quinque exhibet partes escharasve, quarum super unaquaque pluribus deis, qui omnes XVIII numerantur, sacra fiebant. Quae quidem numina quonam vinculo contineantur, difficilis quaestio est: quamquam cum Amphiarao et vate, qui Oropi oracula dormientibus edere dicebatur, et medico propter aquarum loci salubritatem ab aegrotantibus petito [1]) pleraque aliqua ratione conciliari possunt.

Atque ad artem medendi pertinent Aesculapii filiae Panacea, Iaso, Hygia et Minerva Paeonia. Ex quibus unam,

---

Λητοῖ. (D.) Πρόνοια ἐκλήθη ἡ Ἀθηνᾶ, ὅτι τῆς Λητοῦς ἐν τῷ τίκτειν προνοησαμένη διὰ τοῦ Σουνίου τῆς Ἀττικῆς εἰς τὴν Δῆλον διεβίβασε. (Oxon). Paus. X 8,4: ἐσελθόντι δὲ ἐς τὴν πόλιν εἰσὶν ἐφεξῆς ναοί· . . . ὁ τέταρτος δὲ Ἀθηνᾶς καλεῖται Προνοίας.

1) cfr. Paus. I 34,2: Ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, οὔτε θύοντες οὐδὲν ἐς αὐτὴν οὔτ' ἐπὶ καθαρσίοις

Iaso, Aristophanes in Amphiarao non Aesculapii, sed ipsius Amphiarai filiam vocasse traditur in scholio cod. Venet. ad Arist. plut. v. 701:

διότι προσῆκε τῷ Ἀσκληπιῷ ἡ Ἰασὼ παρὰ τὴν ἴασιν ὠνομασμένη. ἀλλὰ καὶ θυγατέρα τοῦ Ἀμφιαράου αὐτὴν εἶπεν ἐν ἐκείνοις· ‚ἀλλ᾽ ὦ θύγατερ ἔλεξ᾽, Ἰασοῖ, πρευμενής·[1]). εἰ δὲ καὶ τὴν Ἰασὼ Ἀσκληπιοῦ θυγατέρα, ὥσπερ καὶ τοῦ Ἀμφιαράου, ἄξιον ἀπορεῖν et infra ἔστι δὲ καὶ Ἀμφιαράου θυγάτηρ Ἰασώ.

Nam versum a scholiasta allatum Hemsterhusius recte ad ‚Amphiaraum', Aristophanis fabulam, rettulit. Minerva Paeonia non differt a Minerva Hygia, cuius statuam Athenis praeter aram antiquissimam[2]) propinquam ipsius Hygiae exstitisse et titulus in basi servatus C. I. A. I 335

Ἀθηναῖοι τῇ Ἀθηναίᾳ τῇ Ὑγιείᾳ.
Πύρρος ἐποίησεν Ἀθηναῖος

et Pausanias testantur I 23,4 τοῦ δὲ Διιτρέφους πλησίον — θεῶν ἀγάλματά ἐστιν Ὑγιείας τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγιείας.[3])

ἢ χέρνιβι χρῆσθαι νομίζοντες. νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν· ταύτῃ γὰρ ἀνελθεῖν τὸν Ἀμφιάραον λέγουσιν ἤδη θεόν. — δοκῶ δὲ Ἀμφιάραον ὀνειράτων διακρίσει μάλιστα προσκεῖσθαι. δῆλον δέ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς δι᾽ ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος. Livius XXXV 27: inde Oropum Atticae ventum est, ubi pro deo vates anticus colitur templumque vetustum est fontibus rivisque circa amoenum.

1) cfr. Com. Att. fragm. ed. Kock. I p. 397.

2) cfr. Plut. Pericl. XIII: Τὰ δὲ Προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ (Ol. 85,4—86,4) Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος· τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. ὁ γὰρ ἐνεργότατος καὶ προθυμότατος τῶν τεχνιτῶν ἀποσφαλεὶς ἐξ ὕψους ἔπεσε καὶ διέκειτο μοχθηρῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα συνέταξε θεραπείαν, ᾗ χρώμενος ὁ Περικλῆς ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν ἐν ἀκροπόλει παρὰ τὸν βωμόν, ὃς καὶ πρότερον ἦν, ὡς λέγουσιν. Aristid. or. II p. 22 Dind.: Ἀθηναίων δὲ οἱ πρεσβύτατοι καὶ Ὑγιείας Ἀθηνᾶς βωμὸν ἱδρύσαντο. Paus. I 31,3: καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγιείας.

3) De qua dea cfr. Paus. descr. arcis Athen. I 23,3 ed. Jahn-Michaelis Bonnae 1880 p. 6.

In hac arae particula una reliqua est Venus, quae cur in societatem numinum medicorum vocata sit causa non est. Itaque libenter coniecturam recipio, quam debeo praeceptori meo A. Michaelis, qui in textu Pausaniae pro Ἀφροδίτης scribi iubet Αἴγλης. Haec enim dea sola in societate earum, quas filias Aesculapii cognovimus, desideratur. [1])

Ad eandem medicinae provinciam pertinet Apollo Παιάν, quem saepius medicum Aesculapii socium invenimus, velut Epidauri aliisve locis. [2])

Fortasse etiam Nymphae ad medendi artem referuntur, quae quidem propter salubritatem aquarum ab aegrotantibus invocantur, quod versus hymn. Orph. LI 16 (ed. Hermann), etsi non nimia fide dignus, significat:

ἔλθετ' ἐπ' εὐφήμοις ἱεροῖς κεχαρηότι θυμῷ,
νᾶμα χέουσ' ὑγιεινὸν ἀεξιτρόφοισιν ἐν ὥραις.

Quamquam rectius, ni fallor, Nymphas loci geniis adnumerabimus, de quibus statim dicam.

Venio ad eos, qui propter vaticinandi artem celebrantur. Amphilochus liberique praeter cognationem artis societate cum Amphiarao cohaerent, quoniam ille in Aetolia oracula edidit [3]) et Athenis et Malli, [4]) in urbe Ciliciae, cultum habuit. Mercurius optimo iure in hanc societatem vocatur, qui iam ab antiquissimo poeta ἀγήτωρ ὀνείρων inducitur, [5]) nec minus Vesta, quae Πυθόμαντις nota est. [6])

Restat, ut de ceteris, qui cur cum Amphiarao iungantur, minus manifestum est, paucis exponam: Iuppiter ut summus deus et Hercules, qui illis praesertim regionibus colebatur, aptissime sane huius arae participes sunt.

[1]) vide p. 24.

[2]) vide p. 29 seqq.

[3]) cfr. Arist. or. I p. 78 Dind.: Ἀμφιάραος μὲν γὰρ καὶ Τροφώνιος ἐν Βοιωτίᾳ καὶ Ἀμφίλοχος ἐν Αἰτωλίᾳ χρησμῳδοῦσι κ. τ. λ.

[4]) Paus. I 34,2: τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐν τῇ πόλει βωμός, καὶ Κιλικίας ἐν Μαλλῷ μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ' ἐμοῦ.

[5]) cfr. Il. XXIV 343. hymn in Merc. 14.

[6]) cfr. Preller., Gr. Myth. I p. 346. Soph. Oed. rex 965.

Accedit, quod hos deos iam antiquis temporibus ut ἀλεξικάκους cultos esse constat, quod cognomen tempore procedente etiam ad medicam artem revocatum esse videtur. Ac Iovi quidem una cum Aesculapio et Hygia in urbe Roma aram communem dicatam esse vidimus.[1]) Hercules autem in hymno Orph. XII 14 invocatur verbis:

νούσων θελκτήρια πάντα κομίζων
ἐξέλασον δὲ κακὰς ἄτας κ. τ. λ.

Sequuntur locorum patroni, inter quos referuntur heroes heroumque coniuges ac flumina Cephisus et Achelous, qui quidem celeberrimus fuit iam poetae Iliadis XXI 194:

ἀλλ' οὐκ ἔστι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι
τῷ οὐδὲ κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει
οὐδὲ βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο.

Eodem pertinere Nymphas dixerim Nympharumque comitem Panem.[2])

Ceterum non ante IV. a. Chr. n. saeculum hanc aram conditam esse putem, si quidem recte Prellerus Ber. d. saechs. Ges. 1852 p. 140 seqq. contendit, sub finem demum belli Peloponnesiaci post labefactatam auctoritatem Thebani oraculi, quod belli Persici tempore florebat,[3]) Amphiaraeum Oropi vigere coepisse. Praeterea et ipsi dei, qui in societatem vocati vel potius arcessiti sunt, et quinquepertita ara nescio quam mysticam rationem prae se ferunt: certe ἡ πεντάς apud mysticos summo in pretio erat.[4])

[1]) vide p. 27.

[2]) De Nymphis et Pane utpote deis ruricolis iunctis cfr. Michaelis, Ann. dell' Inst. 1863 p. 310 seqq. et 318 seqq.; Pottier. Bull. de corr. hell. V p. 349.

[3]) cfr. Herod. VIII 134.

[4]) Etym. Gud. s. v. πεντάς· οἱονεὶ ἓν καὶ πᾶς· ὁ γὰρ πέντε ἀριθμὸς ἀπὸ τῆς μονάδος σύγκειται καὶ τῆς τετράδος· ἡ δὲ τετρὰς πᾶς λέγεται, ἢ ἐπειδὴ τὰ στοιχεῖα ἐξ ὧν πάντα τὰ σώματα σύγκεινται, ἢ ἐπειδὴ ὁ τέταρτος ἀριθμὸς μετὰ τῶν πρὸ συντιθεμένων τοῦ τρίτου, δευτέρου, πρώτου τὴν δεκάδα ἀποτελεῖ, et quae habet Lobeck., Aglaoph. p. 720 in adnot.

3.
Argolis.

α.
Epidauri.
Aesculapius et Apollo.[1])

β.
Troezene.
Somnus et Musae.

Paus. II 31,5: Τοῦ Μουσείου δὲ οὐ πόρρω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες τὸν Ὕπνον θεὸν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις.

Somnus Musis gratus est, qui per somnia poetis divina vaticinia mittere dicitur, unde saepius veteres fabulantur poetas per somnum Musarum donis impertiri. Huc spectat locus Frontonis p. 11 ed. Naber. de Ennio et Hesiodo, quos cum Marcus Aurelius dormientes poetas factos esse dixisset, magister haec refellit secundum ipsius Hesiodi verba in Theog. v. 22:

αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο

‚Transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno initium sibi fecisse. Sed profecto nisi ex somno suscitatus esset, nunquam somnum suum narrasset. Hinc ad Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais factum. At enim ego memini olim apud magistrum me legere:

Ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν.

Τὸ ὅτ' ἠντίασεν vides quale sit; scilicet ambulanti obviam venisse Musas'. Cfr. Luc. Mueller., Q. Ennius, Einleitg. in d. Stud. d. lat. Poesie p. 139; Q. Enni carminum reliquiae ed. L. Mueller. p. 4.

---

1) vide p. 29.

Praeterea constat Somni statuam una cum Musis Tibure positam fuisse. [1])

Templum Sicyone Apollini et Somno in commune dicatum [2]) in comparationem vocare ideo nolo, quod ibi cultus Apollinis arte cohaeret cum Aesculapio.

4.

Laconica.

Spartae.

I

Iuppiter Ἀμβούλιος et Minerva Ἀμβουλία et Castores Ἀμβούλιοι.

Paus. III 13,4: ἔστι δέ τι χωρίον ἔχον στοὰς ἐν τετραγώνῳ τῷ σχήματι, ἔνθα σφίσιν ἐπιπράσκετο ὁ ῥῶπος τὸ ἀρχαῖον· πρὸς τούτῳ Διὸς Ἀμβουλίου καὶ Ἀθηνᾶς ἐστιν Ἀμβουλίας βωμὸς καὶ Διοσκούρων καὶ τούτων Ἀμβουλίων.

Praeter Spartam hoc cognomen non invenimus, quo videtur, qui novum dat consilium, significari: ut ad certam occasionem novorum consiliorum publice capiendorum rettulerim. Diversus sane est Iuppiter Βουλαῖος, quem Spartae et ipsum coli tituli Laconici testantur: C. I. G. 1245

Δία Βουλαῖον κ. τ. λ.

C. I. G. 1392

τὸν ἱερέα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν Διὸς Βουλαίου κ. τ. λ.

Quod cognomen Athenis quidem pertinet ad utrumque et Iovem et Minervam, qui ambo in curia positi [3]) communem sacerdotem habuerunt:

C. I. A. III 272

ἱερέως Διὸς Βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας.

---

[1]) cfr. Visconti, Mus. Pio Clement. I tab. 28.

[2]) cfr. Paus. II 10,2. vide p. 25.

[3]) cfr. Paus. I 3,5: Βουλαίου δὲ ἐν αὐτῷ (scil. βουλευτηρίῳ) κεῖται ξόανον Διός. Antiph. de choreut. 45: καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ Διὸς Βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας ἱερόν ἐστι.

C. I. A. III 683

Ὁ δῆμος τὸν ἱερέα Διὸς
Βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας.

Aliis quoque cognominibus paribus utrumque numen artius consociatur velut

I. Πολιεῖς Lindi:

Foucart., Inscr. de l'île de Rhodes, Paris 1867, num. 17

Ὁ δᾶμος ὁ Ῥοδίων Φ[ι]λοκράτην
Ἀγητο[ρ]ίδα ἱερατεύσαντα Ἀθά-
νας Πολιάδος καὶ Διὸς Πολιέως.[1]

II. Σωτῆρες 1) Athenis:

C. I. A. III 281

ἱερέως Διὸς (Διὸς) Σωτ[ῆ]ρος
καὶ Ἀθ[η]νᾶς Σωτείρας,

quibus τὰ εἰσιτητήρια fiebant: C. I. A. II 326 ε]ἰσιτ[ητήρια . . . τῷ Διὶ τῷ] Σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθην[ᾷ τῇ Σωτείρᾳ].

2) Stagirae:

Diog. Laert. V 1,16

ἀναθεῖναι — ζῷα λίθινα — Διὶ Σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ Σωτείρᾳ ἐν Σταγείροις.

III. Ἀποτροπαῖοι et Φήμιοι Erythris:

Rev. archéol. XXXIII p. 118 in vers. 2

Διὸ[ς Ἀποτ]ροπαίου καὶ Ἀθηνᾶς Ἀποτ[ροπα]ίας κ. τ. λ.

p. 109

Ζηνὸς [Φη]μίου καὶ Ἀθηνᾶς Φημίας κ. τ. κ.[2]

IV. Κύνθιοι Deli:

Ἀθήν. IV p. 456 num. III in vers. 8

εἰς τὸ ἱε-
ρὸν τοῦ] Διὸς τοῦ Κυνθίου

---

[1]) cfr. etiam num. 61. 63. 65. 66. 71. Hos deos in anaglyphis quoque Eleusiniis communiter fictos esse Lenormantius probavit Gaz. archéol. I p. 87.

[2]) De sacerdotiis venalibus, quibus haec paria deorum Erythris iuncta sunt, nuper egit Anthes in libello de emptione venditione Graecorum p. 26 num. 4.

καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Κυνθί-
ας χε]ρσὶν καὶ ψυχῇ καθα-
ρᾷ ἔ]χοντας ἐσθῆτα λευ-
κὴν, ἀνυποδέτους, ἁγνεύον-
τας ἀπὸ γυν]αικὸς καὶ κρέως
Διοφάντου τοῦ
Παρνάσσου Κηφισέως.[1])

Iunguntur etiam vel diversis cognominibus praediti vel nullis Iuppiter et Minerva

I. apud Coos:

Bull. de corr. hell. V p. 224.:
Δ]ιὸς Φατρίο[υ] Ἀθαναίας Εὐρυανακτ[ι]δᾶν.

II. apud Pergamenos:

Le Bas Waddington., Asie Min. III 1720 a
Ἄ]τταλος βασι[λεὺς
Δ]ιὶ καὶ Ἀθηνᾷ νικ[ηφόρῳ
μετὰ κινδ[ύνους (?) καὶ
. . . .

Die Ergebn. d. Ausgrabgen. z. Perg. Berl. 1880 p. 78
Βασιλεὺς Εὐμένης
βασι]λέως Ἀττ[άλο]υ Διὶ
καὶ Ἀθηνᾷ Νικηφόρῳ.

Eodem pertinet ara Pergamena nuper effossa anaglyphis insignis, quam altero a. Chr. n. saeculo conditam Iovi et Minervae communiter dicatam esse satis constat.[2])

III. apud Aeginetas:

Le Bas., Voy. arch. IV p. 381 num. 1683
Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ.

Iovi Ἀμβουλίῳ et Minervae Ἀμβουλίᾳ in ara Laconica iunguntur Διόσκουροι Ἀμβούλιοι. Quantopere autem Castorum cultus Spartae floruerit res est notissima.

[1]) cfr. etiam Rev. Archéol. XXVI p. 113 num. 2.

[2]) cfr. Conze., Die Ergebnisse der Ausgrabgn. zu Pergamum, Berl. 1880.

II.

Lathria et Anaxandra.

Paus. III 16,5: Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Λυκούργῳ τῷ θεμένῳ τοὺς νόμους, οἷα δὴ θεῷ, πεποιήκασι καὶ τούτῳ ἱερόν. τάφος δέ ἐστιν ὄπισθεν μὲν τοῦ ναοῦ τοῦ Λυκούργου παιδὶ Εὐκόσμῳ, πρὸς δὲ τῷ βωμῷ Λαθρίας καὶ Ἀναξάνδρας. αἱ δὲ αὐταί τε ἦσαν δίδυμοι, καὶ ἐπὶ τούτῳ σφᾶς οἱ Ἀριστοδήμου παῖδες, ἅτε ὄντες καὶ αὐτοὶ δίδυμοι λαμβάνουσι, θυγατέρες δὲ ἦσαν Θερσάνδρου τοῦ Ἀγαμηδίδα, βασιλεύοντος μὲν Κλεεστωναίων, τετάρτου δὲ ἀπογόνου Κτησίππου τοῦ Ἡρακλέους.

De duabus illis heroidibus communi ara Spartae consociatis ceteroqui nihil traditur: quamquam suspicari licet ex cognominibus dearum Lathriam et Anaxandram popria heroidum nomina efficta esse. Idque etiam probabilius fit, si Λαθρίᾳ, quae singularis est forma, verum nomen reddideris Λαφρίαν. Ita enim emendandum esse conicio; quod cognomen Dianae est apud Calydonios (quorum in urbe etiam Apollo ita cognominatur) et apud Messenios et Patrenses. Cuius rei auctor Pausanias haec habet IV 31,6: Καλυδωνίοις ἡ Ἄρτεμις, ταύτην γὰρ θεῶν μάλιστα ἔσεβον, ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία· et infra τὸ μὲν δὴ τῆς Λαφρίας ἀφίκετο ὄνομα ἔς τε Μεσσηνίους καὶ ἐς Πατρεῖς Ἀχαιῶν μόνους. deinde VII 18,7 ἄγουσι δὲ καὶ Λάφρια ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι οἱ Πατρεῖς ἀνὰ πᾶν ἔτος, ἐν ᾗ τρόπος ἐπιχώριος θυσίας ἐστὶν αὐτοῖς. Quae confirmant tituli Patris reperti:

C. I. L. III 499

> Pr]ocula Paconiae
> Hel]pidis e[t] Numisi
> Sec]undi alumna ornam(entis)
> sace]rdota[l](ibus) Dianai [L]aphriai.

C. I. L. III 510

> Aequanae
> Sex. f. Musae

sacerd. Dianae
Aug. Laphriae [1]) etc.

Item a Cephallenibus Laphriam cultam esse Antonius Liberalis XL commemorat. [2])

Summi vero momenti est, quod Lacedaemoniorum novimus mensem Λάφριον ex titulo Gythii reperto:

Newton., Anc. Gr. inscr. in the Brit. Mus. II 143 vers. 28
ἐ]πὶ Βιάδα δὲ Λαφρίῳ θεωρῶν,

qui quin cum Dianae cohaereat cognomine, non dubito. Simile mensis nomen notum est Ἐλάφριος Calymnae:

Newton., Anc. Gr. inscr. in the Brit. Mus. II 299 vers. 33 b
Ἐλαφρίου ἑβδόμᾳ ἐπὶ δέκα

et Ἐλάφιος apud Eleos, quem idem significare atque Atticorum Elapheboliona verisimile videtur. [3])

Itaque Dianam latere sub Laphriae nomine suspicari licet. Neque vero eadem fortuna in Anaxandrae nomine utimur, atque audaculus sit, si quis quae Sosandra apud Athenienses cognominatur Venus, [4]) eandem apud Lacedaemonios Anaxandram vocatam esse coniciat.

5.

Elis.

Olympiae.

A.

VI arae communes ab Hercule conditae. [5])

[1]) Eodem titulus Aquinci in Pannonia repertus refertur, C. I. L. 3455:
I. O. M. et
Dianae Patr(ensi)
sacr.
C. Iul. Artemo trib.
mil. leg. II ad.
v. s. l. m.

[2]) cfr. Westerm., mythogr. Gr. p. 236.

[3]) cfr. Paus. V 13,5: ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφίου μηνός. idem VI 20,1 ἐν τῷ ἦρι Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις.

[4]) Sosandram agnoverunt Venerem Preller., Arch. Ztg. 1864 p. 344. Feuerbach., Gesch. d. griech. Plastik I p. 173. Jahn-Michaelis, Paus. descr. arc. Athen. p. 5.

[5]) vide p. 5.

B.
Reliquae arae communes.[1]

6.
Arcadia.
Phenei.
Apollo et Diana.[2]

7.
Phocis.
Crissae.
Iuno et Minerva.[3]

8.
Locris.
Myoniae.
Dei Μειλίχιοι.[4]

9.
Insulae maris Aegei.

α. Lesbi.
Mercurius et Venus.

Conze, Reise auf d. Insel Lesbos p. 11 tab. IV, 3; Cauer., Delectus inscr. Gr. num. 435:

Θέος τύχα ἀγάθ[α.
ὅ κε θέλη θύην ἐπὶ τῶ βώμ[ω
τᾶς Ἀφροδίτας τᾶς (Πεί-
θως) καὶ τῶ Ἕρμα θυέτω
[illegible]
ἰρήιον) ὅττι κε θέλη καὶ
ἔρσεν καὶ θῆλυ π[λὰν] ὔ[ος
καὶ ὄρνιθα [ὄ]ττι[νά κε θέλη.

---

[1] vide p. 16.
[2] vide p. 33.
[3] vide p. 9.
[4] vide p. 91.

Titulus est arae Lesbi repertae, quam propter formam litterarum editor IV. a. Chr. n. saeculo adscripsit. Venerem Suadam, ubi cum Mercurio coniungitur, coniugalem intellegi gravissimis probatur documentis. Velut Plutarchus tradit in praec. coniug. 1: καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας, ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων, ἃ βούλονται μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες.

Comprobatur hac, de qua agimus, inscriptione Πειθώ ab initio cognomen fuisse Veneris. Idem efficitur altera inscriptione antiquissima, Pharsali inventa, apud Röhlium, Inscr. Gr. ant. 357:

ΔάϜουν τἀφ[ρο]δίτᾳ τᾷ Πει[θοῖ.

Conferas etiam Servium ad Aeneid. I 720: alii Suadam appellant (scil. Venerem), quod ipsa conciliatio Suada sit.

Diana quoque Πειθώ cognominata est Argis,[1]) quae non minus dea nuptialis intellegitur. Postea demum a Venere distinguitur Suada[2]) tanquam Veneris filia[3]) vel comes, velut Megaris[4]) Athenis[5]) Sicyone.[6])

Quam arte Mercurius et Suada inter se coniuncti sint ut Veneris πάρεδροι, indicat Cornutus de nat. deor. p. 24: Ἀφροδίτη παρέδρους δὲ καὶ συμβώμους τὰς Χάριτας ἔχει καὶ τὴν

1) cfr. Paus. II 21,1: τὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐπίκλησιν Πειθοῦς, Ὑπερμνήστρα καὶ τοῦτο ἀνέθηκε.

2) De Suada cfr. O. Jahn. (Peitho Greifsw. 1846).

3) cfr. Aesch. Suppl. 1039:

μετάκοινοι δὲ φίλᾳ ματρὶ πάρεισιν
Πόθος ᾇ τ' οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει θέλκτορι Πειθοῖ.

4) cfr. Paus. I 43,6: μετὰ δὲ τοῦ Διονύσου τὸ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης ναός, ἄγαλμα δὲ ἐλέφαντος Ἀφροδίτης πεποιημένον, Πρᾶξις ἐπίκλησιν. τοῦτό ἐστιν ἀρχαιότατον ἐν τῷ ναῷ. Πειθὼ δὲ καὶ ἑτέρα θεός, ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσιν, ἔργα Πραξιτέλους.

5) cfr. Paus. I 22,3: Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπεί τε Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι καὶ Πειθὼ κατέστησε. Isocr. XV 249: τὴν μὲν γὰρ Πειθὼ μίαν τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι καὶ τὴν πόλιν ὁρῶσι καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν θυσίαν αὐτῇ ποιουμένην.

6) cfr. Paus. II 7,7: Ἐς δὲ τὴν ἀγορὰν ἐσελθοῦσι Πειθοῦς ἐστὶν ἱερόν.

Πειθὼ καὶ τὸν Ἑρμῆν. Idem de Mercurio confirmat inscriptio apud Newton., discov. at Hal., Cnid. and Branch. I tab. XC 31 = Kaibel., epigr. Gr. 783:

ἐπὶ νεοπολιτᾶν προστατὰν ἀφικόμαν
Ἑρμᾶς Ἀφροδίτᾳ πάρεδρος.

Comitem Veneris Mercurium Horatius quoque facit in carminum libro I 30 praeter Amorem, Gratias, Nymphas, Iuventutem.

Eodem spectat Mercurius in Attica Ψιθυριστής cognominatus, quem memorant Harpocration s. v. Ψιθυριστὴς Ἑρμῆς· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας· (LIV 39) ἦν τις Ἀθήνησιν Ἑρμῆς οὕτω καλούμενος· ἐτιμᾶτο δ' Ἀθήνησιν καὶ Ψίθυρος Ἀφροδίτη καὶ Ἔρως Ψίθυρος et Suidas: Ψιθυριστοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἔρωτος καὶ Ἀφροδίτης. Quod cognomen num ad amores et conubium referendum sit, quia facile maligna invidia amantes insectatur, dubium est. Ex hac societate Mercurii et Veneris explicatur, quod etiam statuae eorum in vicinia positae erant Argis [1]) et Megalopoli. [2])

Ceterum conferas aram illam Mercurio et Veneri una cum Pane et Nymphis et Iside dicatam, de qua p. 42 dixi, et anaglyphum in Calabria repertum, [3]) quo Mercurius repraesentatur cum Venere et Amore coniunctus.

In hoc titulo Lesbio recte suppletum est πλὰν ὗος [4]) in vers. VII.; sane scimus ut Athenis ita aliis locis vetitum fuisse, ne Veneri porci immolarentur. [5]) Cuius rei auctor est Aristophanes in Ach. v. 793:

ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τἀφροδίτῃ θύεται,

1) cfr. Paus. II 19,6: τὰ δὲ ξόανα Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ, τὸ μὲν Ἐπειοῦ λέγουσιν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ Ὑπερμνήστρας ἀνάθημα.

2) Paus. VIII 31,3: ἀγάλματα δὲ ἐν τῷ ναῷ Δαμοφῶν ἐποίησεν Ἑρμῆν ξύλου καὶ Ἀφροδίτης ξόανον.

3) cfr. Ann. dell' Inst. 1867 p. 93 tab. D.

4) cfr. Bechtel. in Bezzenb. Beitr. V p. 149 num. 49.

5) Simili modo apud Thasios vetitum erat, ne Gratiis capri aut porci sacrificarentur. cfr. tit. Thasium apud Röhl., Insc. Gr. ant. 379:

Χάρισιν αἶγα (προσέρδειν) οὐ θέμις οὐδὲ χοῖρον.

ubi scholia haec habent: πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων οὐ θύουσι χοίρους τῇ Ἀφροδίτῃ, ὡς βδελυττομένῃ διὰ τὸν Ἄδωνιν αὐτόν.

Contra Argivi porcos Veneri sacrificabant. [1]

β. Astypalaeae.

Iuppiter et Roma. [2]

10.

Asia Minor.

α. Ad Hellespontum.

Iuppiter Ἀποβατήριος et Minerva et Hercules.

Arrian. Anab. I 11,7: λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν (scil. Alexandrum) ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας, Διὸς Ἀποβατηρίου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους.

Arae in litoribus Europae et Asiae Iovi, Minervae, Herculi conditae utrum trium deorum communes an ternae sua cuique deo separatim institutae sint, dubium est. Quamquam ara communi hos tres deos consociatos esse probabilius videtur, quod tanquam patroni ab Alexandro culti sunt. Etenim in nummis regiis illius aetatis aut Iuppiter, aut Hercules, aut Minerva et Victoria exarati conspiciuntur, quorum ut Iuppiter et Hercules iam antiquitus dei tutelares ferebantur Macedonum, a quibus reges originem suam traxissent, ita Minerva et Victoria ab

[1]) cfr. Athen. III p. 95 f: ὅτι ὄντως Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται μαρτυρεῖ Καλλίμαχος ἢ Ζενόδοτος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι γράφων ὧδε· Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται ὑστήρια. Alia vide apud Strab. IX p. 438: Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰς Ἀφροδίτας (ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία) τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ φρονεῖν, ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν. Cfr. etiam Stengel., Quaestiones sacrificales, Berol. 1879, p. 28.

[2]) vide p. 34.

ipso Alexandro in numerum deorum tutelarium Macedonicorum receptae sunt. Qua de re cfr. L. Müller., Numismatique d' Alex. le Gr. p. 9 seqq.

β. Bithynia.
Chalcedone (?).
Cybele et Apollo.

Conze, Reise auf d. Insel Lesbos, 1865, p. 63 tab. 18. Wescher., Rev. archéol., 1865, p. 215. Foucart., Assoc. rel. p. 237 num. 64 et 65. Lüders, Dionys. Künstler p. 8 seqq.

A. Οἱ θιασῖται Ἀσκληπιάδην Μελιδώρου
ἱερωτεύσαντα καλῶς καὶ ἀξίως
ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ ἑβδομηκοστῷ
καὶ ἑκατοστῷ ἔτει ἐστεφάνωσαν
τῇ τε στήλῃ καὶ στεφάνῳ ἀνθίνῳ
μετὰ ταινίαις διὰ βίου.

B. Οἱ θιασῖται καὶ θιασίτιδες
ἐ]στεφάνωσαν Σρατονίκην Μενεκ[ράτ-
ου ἱερωτεύσασαν ἐν τῷ η̅ καὶ ο̅ καὶ ρ̅ [ἔ-
τει μητρὶ Κυβέλῃ καὶ Ἀπόλλωνι στεφά[ν-
ῳ γραπτῷ ἐν στήλλῃ καὶ κηρυκτῷ σὺν ται[νί-
ᾳ καὶ ἄλλῳ στεφάνῳ κηρυκτῷ σὺν ται[νί-
ᾳ ἐν τῇ τοῦ Διὸς συναγωγῇ φ[ι]λ[α]γαθήσασ[αν.

Ut in titulo ex thiasi sodalium decreto, quem secundo loco posui, matris deorum Cybelae et Apollinis sacerdos communis exhibetur, ita in anaglypho addito [1]) sacrum fit in commune Apollini et Cybelae. A dextera arae parte Apollo citharoedus conspicitur, cui adest mater deorum suis propriis instructa insignibus, in quibus tympanum, ab altera Stratonice sarificatura accedit. Quo anaglypho cum inscriptione comparato Cybelam et Apollinem συμβώμους deos agnoscam, tanquam duorum atque olim infestorum inter se musicae artis generum praesides.

¹) cfr. Lueders, l. c.

Annus 178, quo (ex ipso titulo) lapis conditus est, a Conzio,[1]) ratione aerae regum Bithyniorum in censum vocata, recte ad annum 119 a. Chr. n. referri videtur, quo tempore Nicomedes II. regnavit. De origine autem lapidis Lesbi reperti homines docti dissentiunt; nam ex Thera insula eum Lesbum translatum esse Wescherus putat; rectius Nicaeam aut Cyzicum eius patriam esse Conzius et Foucartius opinati sunt. Sed summi in ea quaestione momenti est forma ἱερωτεύσασαν, quae in priore titulo in versu II., in altero titulo in versu III. occurrit.[2]) Singularis forma ἱερωτ- praeter titulum Aphrodisiensem[3]) (ubi Boeckhius falso α refert) ex titulis Chalcedoniis innotuit. Nam Chalcedonem patriam alius tituli, in quo ἱερωτεία legitur, recte statuit Dittenbergerus[4]) inscriptione comparata altera ab Ernesto Curtio edita in Monatsber. der Acad. zu Berlin 1877, p. 474 num. 2, in qua et ipsa exstat ἱερωτεία.

Itaque probabilius videtur Chalcedone hoc quoque, de quo agimus, monumentum esse oriundum.

γ. In Troade.

Aesculapius et Apollo et Moxynitae.[5])

δ. In Mysia.

Apollo et Mercurius.[6])

ε. Tei.

Iuppiter Κτήσιος et Iuppiter Capitolinus et Roma et Ἀγαθὸς Δαίμων.[7])

[1]) p. 63.

[2]) Conzius et Lueders scribunt in titulo altero ἱερατεύσασαν, de qua re haec sunt Conzii verba: Das ω ist hier auf B nicht ganz so deutlich wie auf A, mir aber doch den Zügen nach wahrscheinlich, so wie auch Mordtmann und Postolakkas es geben.

[3]) cfr. C. I. G. 2771.

[4]) cfr. Syll. 369 num. 6. Hermes XVI 166.

[5]) vide p. 31.

[6]) vide p. 11.

[7]) vide p. 34.

ζ. Cataoniae.

Aesculapius et Apollo.[1])

η. In Caria.

I.

Mylasae.

Iuppiter et Vulcanus.

Le Bas Waddington., Asie Min. III 363. In ara rotunda:

Ἡ]φαίστῳ Σεβαστῷ . . . [καὶ] Διὶ
Ὀλυνπίῳ καθιέρωσαν τὸν βωμὸν
οἱ ἐκ τῆς π[αλαίστρ]ας τῆς λ . . . . .
δόξης πρὸς . . . . [ἰ]σοπαλτεῖται (?)
τει[μῆ]ς χάριν Διονυσιδ[ώρο]υ τοῦ
Δ[ημη]τρίου Ὀλυνπιονίκου στεφα-
νωθέντος Ὀλύνπια παῖδας πάλ[ην,
πρώτου καὶ μόνου [πε]πτῶτος καὶ ἀμ . . .
σ . . ολαβήτου καὶ ἀνυφέδρου.

Secundum Waddingtoni testimonium Ἡ]φαίστῳ vocabulum non certo legitur. Certe is deus in ara a victoribus palaestrae dicata socius Iovis, quem ἀγώνιον patronum esse ludorum constat, locum vix recte habet. Ad cultum Iovis Ὀλυμπίου refertur titulus Mylasae inventus apud Le Bas Waddington., Asie Min. III 364: Διὶ Ὀλυνπίῳ καθιέρω[σεν.

II.

Aphrodisiade.

Iuppiter Λαβραύνδας et Iuppiter Μέγιστος.

C. I. G. 2750:

Διὸς Λαβραύν[δου] καὶ Διὸς Μεγίστου.

In ara exigui ambitus in monasterio inter Aphrodisiadem et Hierapolin in Caria reperta.

---

1) vide p. 31.

Tres Ioves a Caribus Mylasae coli Strabo auctor est.[1]) Ex his Iuppiter Λαβραύνδας,[2]) deus Carium proprius, vel Στράτιος vel Χρυσάωρ appellatur, qui in nummis et anaglyphis fingitur bipenni instructus, quam Carice labryn vocari docet Plutarchus in quaest. Gr. 45. Is ex modio, capitis tegumento, facile deus χθόνιος agnoscitur. Cultum eius apud unos Cares in usu fuisse et Herodotus tradit V 119: ἐνθεῦτεν δὲ οἱ διαφυγόντες αὐτῶν κατειλήθησαν ἐς Λάβρανδα ἐς Διὸς Στρατίου ἱερὸν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων. μοῦνοι δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Κᾶρές εἰσι, οἳ Διὶ Στρατίῳ θυσίας ἀνάγουσι et titulus confirmat, quo Cares significantur τὸ ἔθος τὸ Χρυσαορέων: Le Bas Waddington., Asie Min. III 399 vers. 18.

Contra Ὀσογῴ deus marinus intellegitur, qui in nummis occurrit tridente instructus, cuius pedibus cancer marinus subiectus est. Simili modo atque in arce Athenarum in Mylasensium arce Neptunus undae marinae vestigium reliquisse dicitur.[3]) Itaque Ζηνοποσειδών vocitatur in titulis Mylaseis, velut apud Le Bas Waddington., Asie Min. III 361:.

[1]) cfr. XIV p. 659: ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογῶα καλουμένου, καὶ Λαβραυνδηνοῦ, τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβραυνδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα, ἄπωθεν τῆς πόλεως· ἐνταῦθα νεώς ἐστιν ἀρχαῖος καὶ ξόανον Διὸς Σρατίου· τιμᾶται δὲ ὑπὸ τῶν κύκλῳ καὶ ὑπὸ τῶν Μυλασέων, ὁδός τε ἔστρωται σχεδόν τι καὶ ἑξήκοντα σταδίων μέχρι τῆς πόλεως, ἱερὰ καλουμένη, δι' ἧς πομποστολεῖται τὰ ἱερά. ἱερῶνται δ' οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν πολιτῶν ἀεὶ διὰ βίου· ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς πόλεως. τρίτον δ' ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Καρίου Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, οὗ μέτεστι καὶ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς ὡς ἀδελφοῖς. ἱστορεῖται δὲ κώμη ὑπάρξαι τὸ παλαιόν, πατρὶς δὲ καὶ βασίλειον τῶν Καρῶν, τῶν περὶ τὸν Ἑκατόμνω· πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ κατὰ Φύσκον θαλάττῃ ἡ πόλις, καὶ τοῦτ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐπίνειον.

[2]) de diversis nominis formis cfr. Le Bas Waddington., Asie Min. III 348 et Foucart., Assoc. rel. p. 105 in adnot. 2.

[3]) cfr. Paus. VIII 10,3: θαλάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος. ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν ὃν φωνῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀσογῶα.

Ἐπιτυγχάνων Δρακοντίδου
Ἑκαταῖος ὁ καὶ Ἑκατόμνως ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα Διὸς
Ζηνοποσειδῶνος.

ubi utrumque nomen eundem deum significat.[1])

Denique Iovem Ὕψιστον vel Iovem Ὕπατον a Mylasensibus cultum tituli exhibent, velut:

Le Bas Waddington., Asie Min. III 416

. . . . ἐπὶ
στεφανηφόρου Ἀριστέου
τοῦ Μέλανος τοῦ Ἀ[π]ολλ[ω]νίου
ἱερέως Διὸς Ὑ[ψ]ίστου κα[ὶ
Τύχης Ἀγαθῆς κ. τ. λ.

Le Bas Waddington., Asie Min. III 444 vers. 5

. . . . ἱερεὺς . . . . καὶ Διὸς Ὑπάτου.

Quae nomina eiusdem dei esse, et Iovem Ὕψιστον sive Ὕπατον tertium praeter Iovem Χθόνιον ac Iovem Marinum intellegi a Caribus cultum Henzenius probavit,[2]) quem Waddingtonius secutus est. His ex nostra ara accedit Iuppiter Μέγιστος: quod idem cognomen exstat in ara Cnidia, de qua infra exponam, et in titulo Sardiano.[3])

Sed dubitari potest, utrum Iuppiter Μέγιστος idem sit atque Ὕψιστος vel Ὕπατος, an forte alterum cognomen Iovis Ὀσογώ: hoc enim eo commendari videtur, quod Iovis Ὀσογώ ac Iovis Λαβραύνδου communis sacerdos in titulo Mylaseo comparet:

Le Bas Waddington., Asie Min. III 348

Πόλλις [Ἱεροκ]λ[εί]ους τοῦ Ἱεροκλείους
σ[τεφ]ανοφορήσας καὶ ἱερατ[εύσα]ς τοῦ
τε Διὸς τοῦ Ὀσογὼ καὶ τοῦ Διὸς τοῦ
Λαβρααύνδου.

---

1) cfr. etiam Bull. de corr. hell. V p. 98 num. 2, 4, 5 et Doerdelmann., Minerva coniuncta cum diis marinis p. 11.

2) cfr. Bull. dell' Inst. 1849 p. 189.

3) cfr. C. I. G. 3461.

III.

Cnidi.

I.

Minerva et Vesta.

Newton., discov. at Hal., Cnid, and Branch. II pl. 92 num. 79:

Ἁγίας Ἑστιείο[υ
γραμματεύων
βουλᾷ
Ἀθάνᾳ Νικαφόρῳ
καὶ Ἑστίᾳ Βουλαίᾳ

Ζ]ηνόδοτο[ς Μενίππου
Κνί[δ]ιος ἐποίησε.

Titulus in lapide, qui arae formam refert ad Cnidi forum, fortasse in demiurgio (cfr. Newton p. 368), reperto incisus est. Aram agnoscendam esse, etsi minime certum est, tamen ex ipso cultu Vestae Βουλαίας, patronae civitatum, verisimile est. Cui deae media in urbe, in foro, sacrarium fuisse, eidemque senatores deliberaturos sacra fecisse nota res est, velut Athenis Ἑστίᾳ Βουλαίᾳ,[1] Hermupoli Ἑστίᾳ Πρυτανείᾳ.[2] Apte igitur haec dea ara communi cum Minerva Νικαφόρῳ sociata videtur, quae Πολιάς[3] plerisque in urbibus Graecis invocatur.

II.

Dei immortales et Iuppiter Μέγιστος.[4]

ϑ. Phrygia.

I. Aezanis.

Dei Σεβαστοί.[5]

[1]) cfr. Aesch. de fals. leg. 45. Poll. onom. IX 40.

[2]) cfr. C. I. G. add. 2347 k et Preuner., Hestia-Vesta p. 118.

[3]) De Minerva Poliade vide p. 61.

[4]) vide p. 94.

[5]) vide p. 97.

II. Eumeniae.

Manes mortuorum. [1])

III. Dindymi.

Manes mortuorum. [2])

11.

Syria.

Gerasae.

Iuppiter Ἀξεύς et Sol.

C. I. G. 4665:

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ἀξε[ῖ] Διὶ ἁγίῳ . . . καὶ Ἡλίῳ
Ἀμέραθος Δημητρίου [υἱὸς] καὶ
Δαν[ίβ]ωλος Δημητρίου ἀ[π]ελεύθερος τὸν
βω[μ]ὸν ἀνέθηκ[α]ν κατ' εὐχήν.

Ex hoc titulo in columna fracta antiqui aedificii inscripto Iovem Ἀξέα Solis arae socium fuisse comperimus.

Iuppiter Ἀξεύς vel Ἀζεύς eundem deum significat atque Ἄζειζος Syrorum, quo nomine deus bellicosus intellegitur.

Ἄζειζον novimus ex titulo in C. I. G. 4619:

Θάιμος Ἀζείζῳ ἐπο . . .

De Sole cfr. p. 17; Stengel., Jahrb. f. Philol. 1884 p. 351.

12.

Aegyptus.

α. Alexandriae.

Ceres et Proserpina una cum Δικαιοσύνῃ.[3])

β. Aireygoi.

Dei Σεβαστοί. [4])

[1]) vide p. 114.
[2]) vide p. 114.
[3]) vide p. 20.
[4]) vide p. 97.

13.

Sicilia.

Selinunte.

Apollo et Minerva.

Cavallari, Bull. dell' Inst. 1868 p. 88. Benndorfius, Metopen v. Selinunt p. 35. Röhl., inscr. Gr. ant. 516:

'Απόλ]λωνος Παιᾶ[ν]ος
'Αθ]αναίας,

quod Benndorfius ita refinxit:

ἱερὸν τοῦ 'Απόλ]λωνος Παιᾶ[ν]ος
καὶ τᾶς 'Αθ]αναίας.

Magnam aram Apollinis Paeanis et Minervae V. a. Chr. n. saeculo hoc titulo instructam esse Benndorfius l. c. probavit. Eadem numina inter decem illos, quibus Selinuntii victoriam sese debere profitentur, deos reperiuntur in titulo, qui et ipse V. a. Chr. n. saeculo exaratus est:

Röhl., inscr. Gr. ant. 515

Δι]ὰ τὼς θεὼς τώ[σ]δε νικῶντι τοὶ Σελινώ[ντιοι·
δι]ὰ τὸν Δία νικ[ῶ]μες καὶ διὰ τὸν Φόβον [καὶ
δ[ιὰ] Ἡρακλέα κ[α]ὶ δι' Ἀπόλλωνα καὶ διὰ Π[οτ-
ε[ιδᾶ]να καὶ διὰ Τυνδαρίδας καὶ δι' Ἀθ[α-
ν[ά]αν καὶ διὰ Μ[α]λοφόρον καὶ διὰ Πασι[κ-
ρά[τ]ειαν καὶ δι[ὰ τ]ὼς ἄλλως θεὼς, [δ]ιὰ δὲ Δία
μά[λ]ιστ[α κ. τ. λ.

Etiam Megaris, unde Selinus anno 628 a. Chr. n. condita est, Apollo et Minerva eximie colebantur. In nummis Megarensium Apollo lyram gestans conspicitur,[1]) eiusque templum in arce fuisse Pausanias tradit.[2]) Ubi deum hecatombis ac paeanibus cultum celebrat Theognis v. 773 seqq.:

[1]) cfr. Mionnet., descr. de med. II p. 140.

[2]) cfr. I 44,2: ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς κατιοῦσι τῆς ὁδοῦ τῆς Εὐθείας καλουμένης Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Προστατηρίου. τοῦτο ὀλίγον ἐκτραπέντα ἔστιν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνευρεῖν. Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται θέας ἄξιος καὶ Ἄρτεμις καὶ Λητὼ, καὶ ἄλλα ἀγάλματά ἐστι, Πραξιτέλους ποιήσαντος, Λητὼ καὶ οἱ παῖδες.

Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην,
  Ἀλκαθόῳ, Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος.
αὐτὸς δὲ στρατὸν ὑβριστὴν Μήδων ἀπέρυκε
  τῆσδε πόλευς, ἵνα σοι λαοὶ ἐν εὐφροσύνῃ
ἦρος ἐπερχομένου κλειτὰς πέμπωσ᾽ ἑκατόμβας,
  τερπομένῳ κιθάρῃ τ᾽ ἀμφ᾽ ἐρατῇ θαλίῃ
παιάνων τε χορῶν ἰαχῇσί τε σὸν περὶ βωμόν.

Cognomen Paeanis Apollini Megarensi non erat, erat autem Selinuntio, quocum convenit, quod nummi Selinuntii exhibent deum mortiferas mittentem sagittas. Qui ut notissimis Homeri[1] et Sophoclis[2] locis paeanibus placatur, ita locus Theognidis modo citatus Megarensium paeanes laudat.

Minervae Pausanias tria, quae Megaris erant, templa enumerat, quorum unum statua ex auro et ebure facta ornatum erat.[3]

In colonia autem σύμβωμοι hi dei comparent: cuius rei Megaris vestigium nullum est.

Neque alibi nisi Sidae (in Pamphylia) hos deos arte coniunctos deprehendimus: C. I. G. 4354 et 4355

Ἐπιβατήριον θεῶν Ἀθηνᾶς καὶ
Ἀπόλλωνος ἐξ ἰδίων χρημάτων
ἐνείκησεν.

14.

Italia.

α. Caietae.

Aesculapius et Hygia.[4]

1) cfr. Il. 472.

2) cfr. Oed. rex 154.

3) cfr. I 42,4: ᾠκοδόμηται δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ τῆς ἀκροπόλεως ναὸς Ἀθηνᾶς, ἄγαλμα δέ ἐστιν ἐπίχρυσον πλὴν χειρῶν καὶ ἄκρων ποδῶν· ταῦτα δὲ καὶ τὸ πρόσωπόν ἐστιν ἐλέφαντος. καὶ ἕτερον ἐνταῦθα ἱερὸν Ἀθηνᾶς πεποίηται καλουμένης Νίκης, καὶ ἄλλο Αἰαντίδος.

4) vide p. 26.

β. Capuae.

Nemesis et Fata.

C. I. G. 5876. C. I. L. X 3812. Kaibel., epigr. Gr. 837:

Δεσποίνῃ Νεμέσει καὶ συννάοισι θεοῖσιν
Ἀρριανὸς βωμὸν τόνδε καθειδρύσατο.
Iustitiae Nemesi Fatis quam voverat aram
numina sancta colens Cammarius posuit. *(sic.)*

Hic titulus in ara Capuae reperta Graece et Latine incisus est. Dedicatio altera Latine composita Fata tanquam συμβώμους Νεμέσεως indicat, quae Μοῖραι Graecorum intellegendae sunt. Praesertim cum poetae docti aetatis Augusteae Graecorum Μοίρας cum Fatis Romanorum adaequassent et permiscuissent,[1] Fatorum cultum frequentissimum fuisse et tituli[2] et auctores[3] demonstrant. Illustrat haec ara quam arte Graeca Nemesis cum Fatis, antiquissimis Romanorum numinibus, in cultu coniuncta fuerit; nam et Nemesis et Fata invocabantur, ut a visu nocivo et a fascinationibus homines tuerentur.[4]

Etiam in Graecia Nemesin saepissime cum aliis deabus coniunctam esse compertum habemus. Velut eam Rhamnunte communem venerationem cum Themide habuisse duae sellae marmoreae in pronao minoris ex duobus, quorum ibi exstant reliquiae, templis repertae demonstrant his titulis instructae:

C. I. G. 461 et 462 = Le Bas, Voy. arch. num. 90 et 91

1) Θέμιδι / Σώστρατος / ἀνέθηκεν.
2) Νεμέσει / Σώστρατος / ἀνέθηκεν.

[1]) cfr. Prop. IV 7,51: Iuro ego Fatorum nulli revolubile carmen.

[2]) cfr. C. I. L. X 4845 et Orelli, inscr. Lat. 1771 seqq.

[3]) cfr. Stat. Silv. V 1, 259 et Theb. VIII 26.

[4]) cfr. Plin., nat. hist. XXVIII 2,4: Cur effascinationibus adoratione peculiari occurrimus, alii Graecam Nemesin invocantes, cuius ob id Romae simulacrum in Capitolio est, quamvis Latinum nomen non sit? Cfr. etiam XI 45, 103 et Preller., Röm. Mythol. p. 564.

Deinde Δίκη vocatur πάρεδρος Νεμέσεως in Dionysii hymno in Nemesin notis musicis insigni:[1])

Νέμεσιν θεὸν ᾄδομεν ἀφθίταν,
Νίκην τανυσίπτερον ὀμβρίμαν,
νημερτέα, καὶ πάρεδρον Δίκαν,
ἃ τὰν μεγαλανορίαν βροτῶν
Νεμέσεως ἀφαιρεῖς καὶ ταρτάρου.

Exstant denique tituli Smyrnaei, in quibus templum atque aedituus Νεμέσεων occurrunt: C. I. G. 3163

ὡς εἶναι ἐν ἱερῷ τῶν Κυριῶν Νεμέσεων τὸ ὅλον

et C. I. G. 3193

καὶ νεωκόρον τῶν μεγάλων θεῶν Νεμέσεων.

γ. Miseni.

Deus Μέγιστος et καλὴ Μοῖρα.
(Deus Magnus et Fatum bonum.)

C. I. G. 5794. C. I. L. X 3336. Kaibel., epigr. Gr. 838:

Deo Magno et Fato bono Val(erius) Valens
v. p. praefectus classis
Misen. p. v. Gordianae = p. Chr. 238/244
v. s.

Θεῷ μεγίστῳ καὶ Καλῇ Μοίρᾳ Οὐάλης
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηνῶν στόλου,
ἔστησα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν.

Haec ara, cuius titulus Latine et Graece incisus est, Miseni reperta nunc in museo Neapolitano servatur.

Deus Μέγιστος vel Magnus certe Iovem significat, qui μοιραγέτης una cum Parcis olim in Arcadico Despoenae delubro prope Lycosuram sito fictus erat.[2]) Item Olympiae

---

[1]) cfr. Bellermann., Hymnen d. Dionysius u. Mesomedes, Berl. 1840, p. 26. Bergk., Rhein. Mus. IX, 1854, p. 306.

[2]) cfr. Paus. VIII 37,1: Ἀπὸ δὲ Ἀκακησίου τέσσαρας σταδίους ἀπέχει τὸ ἱερὸν τῆς Δεσποίνης . . . . τῷ μέν εἰσιν ἐπειργασμέναι Μοῖραι καὶ Ζεὺς ἐπίκλησιν Μοιραγέτης.

arae eorum in vicinia positae sunt,[1]) quorum socius Delphis etiam Apollo comparet. [2]) Idem Iuppiter Μοιραγέτης colitur Athenis: C. I. A. I 93 vers. 12

Διὶ Μοιραγέτῃ.

Atque etiam a tragicis Atticis hic deus cum Parcis iungitur, velut in Eurip. Pelop. fragm. 623:

κλύετ᾽ ὦ Μοῖραι Διὸς αἵ τε παρὰ
θρόνον ἀγχοτάτω θεῶν ἑζόμεναι.

Μοῖρα cum praecipue ad mortem spectet Καλή cognomine ornatur, ut rei tristitia lenitate verbi mitigetur.

δ. Romae.

I.

Aesculapius et Hygia.[3])

II.

Apollo et Musae.

C. I. G. 6208. Kaibel., epigr. Gr. 594:

Ἄνερες, οἳ πάρος Αὐσονίων πέδον εἴκετε, ξεῖνοι,
βαιὸν ἐπὶ τραφερῇ χθονὶ δερκόμενοι τόδε δῶμα
ἀνδρὸς ὀπιζομένου Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο,
ὅς ποτ᾽ ἔδειξε βροτῶν πολυπλάγκτοισιν πραπίδεσσιν
ψυχὴν ἀθανάτην κἀγήραον ἐκ Διὸς αἴσης,
μάρτυρα Φοῖβον ἀμύμ[ω]σιν ἐν σελίδεσσι χαράξας.
οὐδ᾽ ἄρα θνητὸς ἔην, ὑπ᾽ ἀνάγκης δ᾽ ὑψιμέδοντος·
τύμβῳ εἰναλ[έ]ῳ πεπεδημένος ἤνυσεν οἶμον·

[1]) cfr. Paus. V 15,4: ἰόντι δὲ ἐπὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἵππων ἔστι βωμός, ἐπίγραμμα δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ Μοιραγέτᾳ· δῆλα οὖν ἐστιν ἐπίκλησιν εἶναι Διός, ὃς τὰ ἀνθρώπων οἶδεν, ὅσα διδόασιν αἱ Μοῖραι καὶ ὅσα μὴ πέπρωταί σφισιν. πλησίον δὲ καὶ Μοιρῶν βωμός ἐστιν ἐπιμήκης.

[2]) cfr. Paus. X 44,4: ἑστήκε δὲ καὶ ἀγάλματα Μοιρῶν δύο· ἀντὶ δὲ αὐτῶν τῆς τρίτης Ζεύς τε Μοιραγέτης καὶ Ἀπόλλων σφίσι παρέστηκε Μοιραγέτης.

[3]) vide p. 27.

ἐκ ῥεθέων δ᾽ ἅμα στείχων σεμνὸν ἔβη Διὸς οἶκον,
Λητοΐδῃ καὶ Μούσαις βωμὸν ὑπ᾽ ἠέρι τεύξας·
εἰητὴρ δ᾽ ἅμ᾽ Ἀσκληπιάδης μακάρων τρίβον ἥει,
χρημοσύνην δ᾽ ἔλιπεν πολυκήριον ἐν νεκύεσσιν.

Ex hoc epigrammate IV. saeculo p. Chr. n. vix antiquiore Romae reperto aram Λητοΐδῃ, i. e. Apollini, una cum Musis conditam esse apparet, quibus deis communis religio saepissime oblata est, velut in templo Cnidio [1]) aliisve locis sacratis. In Arcadia cum Apolline et Musis Mercurius coniungitur. [2])

III.

Hercules et Musae.

Plutarch. quaest. Rom. LIX:

‚Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν;' ἢ ὅτι γράμματα τοὺς περὶ Εὔανδρον ἐδίδαξεν Ἡρακλῆς, ὡς Ἰόβας ἱστόρηκε; καὶ τὸ πρᾶγμα σεμνὸν ἐνομίζετο φίλους καὶ συγγενεῖς διδασκόντων.

Communem aram Plutarchus Iuba auctore ex fabella pervulgata repetit.

Nec secus denarius ille indicat liberae reipublicae temporibus percussus, cuius in altera parte verba

Hercules Musarum

leguntur (C. I. L. I 492), hos deos iunctos invocasse Romanos.

Simili modo in nummis Q. Pomponii Musae inscribitur

Ἡρακλῇ Μουσαγέτῃ Μηνόφιλος.

C. I. G. 5987. Eckhel., doctr. numm. V p. 283.

Atque huic deo M. Fulvium Nobiliorem anno 191 a. Chr. n. templum dicasse in vicinia circi Flaminii res nota est. [3])

[1]) cfr. Newton., discov. at Halic., Cnid. and Branch. II p. 369.

[2]) Paus. VIII 32,1: τὸ δὲ τῶν Μουσῶν Ἀπόλλωνός τε ἱερὸν καὶ Ἑρμοῦ κατασκευασθὲν σφισιν ἐν κοινῷ, παρείχετο ἐς μνήμην θεμέλια οὐ πολλά.

[3]) cfr. Liv. XXXIX 5. Eumen. pro rest. schol. VII, Macrob. Sat. I 12. Preller., Röm. Myth. II p. 298. Regionen. p. 167, Iordan. Topogr. II p. 264.

Nuper de Hercule Musarum egit Kluegmannus in comment. in hon. Momms. script p. 262.

Quamquam arae communes Mercurii et Herculis non traduntur: neque ex anaglypho, quod Gruterus p. XXXII 8 ex Boissardi antiq. urb. Rom. affert, ubi Mercurius et Hercules ad aram utrimque stantes conspiciuntur, de κοινοβωμίᾳ eorum quicquam concludendum est, praesertim cum nulla sit eius monumenti Boissardiani fides.

Eadem de causa iure in C. I. L. VI 5, 3127 inter falsos numeratur titulus:

C. Torranius sacerdos
Herculis Luci Montani
aram cum base marmoria
dis magnis
qualis est in Aventino
test. p. c.

in ara Romana ex Boissardi antiquitatibus recepta a Grutero MLXIII 5 et Montefalconio, ant. expl. I pl. XVI num. 2 et Orellio, inscr. Lat. 1544, quae simili anaglypho Iovis et Herculis ornata esse fertur.

Ceterum apud Graecos Hercules et Musae saepissime communiter coluntur tanquam patroni ludorum, quemadmodum ludi et musici et gymnici erant: eadem in gymnasiis communi religione consociari titulus docet Chii repertus: Bull. dell' Inst. 1831 p. 69

[ἐπ' ἄρχοντος . . . . γυμνασι-]
αρχούντων Ἑρμ[η]σίλεω τοῦ Ξούθο[υ, Δίν-
νυος τοῦ Ἑλίξου, Νικίου τοῦ Μήτρων[ος οἵδε
ἐνίκων τῶν τε παίδων καὶ τῶν ἐφήβων καὶ τῶν
νέων τοὺς τιθεμένους ἀγῶνας καὶ [ἔσπεισαν
ταῖς τε Μούσαις καὶ τῷ Ἡρακλεῖ κ. τ. λ.

Una cum Mercurio Hercules ac Musae communi templo prope Teum inscribuntur: C. I. G. 3059 in vers. 23

. . . ἱερὸν Ἑρμο[ῦ] καὶ Ἡρακλέους [κα]ὶ Μουσῶν κ. τ. λ.

IV.

Dis pater et Proserpina.

Zosimus II 2: . . . βωμὸς εὑρέθη πεποιημένος, ἐν ᾧ γράμματα ἦν ‚Ἅιδου καὶ Περσεφόνης‘. . . . οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε· Ῥωμαίοις καὶ Ἀλβανοῖς πόλεμος ἦν· ὄντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν ὅπλοις ἐπεφάνη τις τερατώδης τὴν ὄψιν, ἠμφιεσμένος δέρματι μέλανι, καὶ βοῶν ὡς Ἅιδης καὶ Περσεφόνη, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι προσέταξαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀφανὴς γίνεται. τότε τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι ταραχθέντες ἐπὶ τῷ φάσματι καὶ τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς ἵδρυσαν, καὶ τὴν θυσίαν πεποιηκότες χώματι βάθους εἴκοσι ποδῶν κατεκάλυψαν τὸν βωμόν, ὡς ἂν πλὴν Ῥωμαίων ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἄδηλον εἴη.

Haec ara communis loco, qui Tarantum dicebatur, condita erat, ubi ludi saeculares celebrabantur. [1])

Eodem loco postea, cum urbs a peste liberata esset, Valerium Poblicolam eisdem deis aram condidisse ipse Zosimus tradit II 3: χρόνοις δὲ ὕστερον λοιμοῦ συμβάντος τῇ πόλει, τῷ πρώτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Πόπλιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας ἐν τούτῳ τῷ βωμῷ θυσίας Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ μέλανα βοῦν καὶ δάμαλιν μέλαιναν ἠλευθέρωσε τῆς νόσου τὴν πόλιν, ἐπιγράψας τῷ βωμῷ ταῦτα· Πόπλιος Οὐαλέριος Ποπλικόλας τὸ πυρφόρον πεδίον Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ καθιέρωσα καὶ θεωρίας ἤγαγον Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας.

Quo refertur locus Festi p. 329 (ed. Müller): P. Valerius Poplicola cos., quod populus R. in loco eo antea sacra fecerat et aram quoque Diti ac Proserpinae consecraverat, in extremo Martio campo, quod Terentum appellatur.

De his deis in cultu Graecorum saepissime coniunctis et ab Romanis iam antiquitus receptis satis constat.

---

1) cfr. Becker., Handb. d. röm. Alterth. I p. 628; Preller., Regionen p. 240.

V.

Gens Iulia.[1]

VI.

Dei Romani et exteri.[2]

15.

Africa.

α. Lambaesi (in Numidia).

Aesculapius et Hygia.[3]

β. Calcei Herculis (in Numidia).

Mercurius et Hercules et Mars.

C. I. L. VIII 2498. In lapide arae formam referente:

Mercuri[o
e]t Hercu-
l]i et Ma[r-
ti sacru[m
T. Iulius
Rufus 7
leg. III Aug.
f. f.

γ. In Mauretania Sitiensi.

Pluto et Ceres et Proserpina.

C. I. L. VIII 8442. In ara ad Sitifim reperta:

Plutoni et
Cereri sac.
Q. M. Marinus
votum sol-
vit libens animo.

---

[1]) vide p. 98.
[2]) vide p. 108.
[3]) vide p. 28.

C. I. L. VIII 9021. In ara Auziae reperta:

Plutoni et Cyriae, Cereri, diis sa[nctis
M. Cornelius Crispinus omnib[us ho-
noribus perfunctus aram [quam
promptissima voluntat[e
promiserat suis sump[tibus
fecit dedicavitque cum Cominia
coniuge ac liberis suis Kal. Martis a. p . . .

C. I. L. VIII 9020. In ara Auziae reperta anno 320 p. Chr. n. posita:

Plutoni, Cyriae, et Cere-
ri Matri, Diis sanctis
Q. Clod. Clodianus colo-
niae patronus dispunctor
omnibus honoribus perf-
unctus votum promis-
sum cum Iulia Donata
coniuge et Clodiis Apri-
le filio ceterasque fi-
lias aram constituit
dedicavitque a. p. CCLXXX
XI Kal. Mart.

Aras, quas secundo et tertio loco posui, Diti patri et Proserpinae et Cereri dicatas esse tertiae arae dedicatio demonstrat, quae non aliter intellegi potest attque: Plutoni, Cyriae, et Cereri matri. Quamquam enim Cyria nusquam alibi Proserpinae cognomen invenitur, tamen hoc loco hanc deam agnoscendam esse probabilius mihi esse videtur, quam duas inter se diversas Cereres segregari: filiam = Cererem Cyriam et matrem = Cererem matrem, cum nomine Cereris semper Δημήτηρ, non Κόρη significetur. Explicatur fortasse Graeca forma ‚Cyria‘ ex ritu in universum recepto, ex quo omnia Graeca nominata esse Cicero tradit pro Balbo 55:

sacra Cereris . . ., quae cum essent assumpta de Graecia et per Graecas semper curata sunt sacerdotes et Graeca omnia nominata.

Conferri fortasse possunt donaria Diti patri et Aerecurae in commune dicata, velut Carnunti (C. I. L. III 4395) et Grudi (C. I. L. V 725). Nam Aerecuram deam inferam vel matrem deorum agnoscendam esse titulus Thibili repertus nos docet: C. I. L. VIII 5543.

Plura de Aerecura tanquam dea infera exposuit Mommsenus, Arch. Ztg. 1865 p. 88.

Etsi saepius Pluto et Ceres a Graecis religione iunguntur, velut Eleusine, Amorgi, Pari, Cnidi, Nysae, Hermione,[1] Athenis quidem communem aram non habebant. Id docet titulus nuper repertus:

Bull. de corr. hell. VII p. 394 col. B. vers. 4:

ἀπὸ τούτου τάδε ἀνήλωται
τὸν βωμὸν τοῦ Πλούτωνος περιαλεῖψαι
καὶ κονιάσαι καὶ λευκῶσαι καὶ τ-
οὺς βωμοὺς τοῖν Θεινοῖν κ. τ. λ.

De Plutonis apud Athenienses religione Foucartius egit l. c.

16.

Raetia.

Ad Guntiam (Günzburg).

Apollo Grannus et Nymphae.

C. I. L. III 5861. In ara quadrata primis p. Chr. n. saeculis adscripta:

Apollini
Granno
et Nimph-
is C. Vidius
Iulius pro
se et suis
v. s. l. l. m.

[1]) cfr. Foucart., Bull. de corr. hell. VII p. 387 seqq.

Apollo, quem νυμφηγέτην ex inscriptione antiquissima Thasia comperimus: Röhl., inscr. Gr. ant. 379a

Νύμφησιν Κἀπόλλωνι νυμφηγέτῃ,

praeter hanc aram una cum Nymphis in antro Attico colitur ab Archedamo quodam Theraeo V. a. Chr. n. saeculo Nymphis, Gratiis, Pani, Apollini, sacrato: C. I. A. I 423—431

c. Ἀρχέ]δαμος ὁ Θηρ / [αῖο]ς κᾶπον Νύ / [μφ]αις ἐφύτευσεν.

f. Χάριτος vel Χαρίτων

g. Πανός

h. Ἀπόλλωνος Ἕρσου.

Apollinem Grannum deum medicum intellegendum esse Dio Cassius nos docet LXXVII 15: οὔτε γὰρ ὁ Ἀπόλλων ὁ Γράννος οὔθ' ὁ Ἀσκληπιὸς οὔθ' ὁ Σάραπις καίπερ πολλὰ ἱκετεύσαντι αὐτῷ πολλὰ δὲ καὶ προσκαρτερήσαντι (scil. Antonino Caracallae) ὠφέλησεν. Nec minus Nymphae ad medicinam referuntur. Velut Apollini et Nymphis tanquam deis salutaribus Aenariae prope Serraram thermas celeberrimas communiter dicatas esse anaglypha docent in Museum Neapolitanum illata:

C. I. L. X 6786

Apollini et Nymphis Nitrotibus
C. Metilius Alcimus v. s. l. a.

cfr. Stephanum, tit. Graec. V p. 27:

Μ[έ]νιππος ἰατρὸς Ὑπαλπινὸς Νύμφαις
Νιτρώδεσι καὶ Ἀπόλλωνι εὐχὴν ἀνέθηκεν.

C. I. L. X 6787

Argenne Poppaeae Augustae Augusti liberta
Apollini et Nymphis votum l. d.

C. I. L. X 6788

Voto suscepto
Apollini et Nymphis
M. Verrius Craterus solvit.

17.

Pannonia.

Aquinci (Alt-Ofen).

Aesculapius et Hygia.[1]

---

[1]) vide p. 28.

18.

Gallia Transalpina.

α. Lugduni.

Caesar Augustus et dea Roma.[1]

β. Cervadel en Plobannalek.

Mercurius et Iuppiter et Mars et Apollo et Minerva.[2]

19.

Germania.

α. Bonnae.

Sospes Concordia et Grannus et Camenae et Lares Martis et Pacis et Caesar.

Brambach., Corp. inscr. Rhen. 484. Zangemeister., Rhein. Mus. N. F. XIX p. 50:

Divum sodalis censuit verno die
et post Sican[os] postque Picentis [viro]s
ac mox Hiberos, C[elta]s, Venetos, Delmatas,
Tauri]na regna, post feros I[ap]uadas,
Germaniarum consularis Maximus,
parens [a]dultae prolis gemina[e] liberum
aram dicavit [sos]piti Concordiae,
Gran[n]o, Cameni[s], Martis et Pacis Lari,
quin et deorum stirpe genito Caesari
C. Fulvius C. f.
Maximus le[g.
Aug. pr. pr.

Deorum, qui hac ara consociati sunt, Sospes Concordia ad conservandam familiaritatem domus Augustae refertur, id quod nummus a. 177 p. Chr. n. percussus demonstrat,

[1] vide p. 36.
[2] vide p. 113.

in cuius una parte imperator Commodus adsistente Concordia cum Crispina coniuge dexteram iungit.[1])

Grannum cognomen Apollinis esse constat, qui deus hic vix casu cum Camenis coniunctus est.

Lares Martis et Pacis — nam cum fere semper Lares invocentur, hoc quoque loco duo numina agnoscenda videntur — alibi nusquam noti sunt. Fortasse autem Genii deorum in comparationem vocari possunt, velut Genius Martis, qui in titulo Rhenano,[2]) Somni, qui in titulo Britannico[3]) apparet.

Quibuscum deis divus Caesar consociatus est.

C. Fulvium denique, qui aram dicavit, Zangemeister. l. c. demonstrat in titulo Volsco socerum vocari Commodi, cui anno 177 p. Chr. n. Crispinam filiam in matrimonium dederat:

C. I. L. X 408

L. Fulvio C. f. Pom.
Bruttio Praesenti Min.
Valerio Maximo Pompeio L.
Valenti Cornelio Proculo
Aquilio Veientoni cos II pr. = 180 p. Chr. n.
C]rispinae Aug. socero imp. [Caes. Commodi Aug. sodali
Hadrianali sodali Antonin[iano
Marciano comiti impp. Ant[onini et Commodi Augg.
expeditionis Sarmaticae p[raet. trib. pleb. quaestori aug. tr. mil. leg. III Gallic[ae donis milit. donato
ab imp. Divo Antonino Aug. P[io.

Itaque hanc aram exeunte II. p. Chr. n. saeculo positam et Caesarem huius arae consortem Commodum agnoscendum esse elucet. Fulvium autem Antoninianae sodalitatis participem fuisse verisimile videtur.

Coniux Crispina et liberi Fulvii ex titulo, apud Aquilam reperto, noti sunt. Cfr. C. I. L. IX 4512.

Plura de hoc titulo exposuit Zangemeister. l. c.

---

[1]) cfr. Eckhel., doctr. num. VII p. 107.

[2]) cfr. Henzen., collect. Orell. suppl. 5866.

[3]) cfr. Orelli, inscr. Lat. 1681.

β. Coloniae Agrippinensis.

I.

Semele et sorores eius.

Brambach., Corp. inscr. Rhen. 313. Orelli, inscr. Lat. 1441:

Deae Semelae et
sororibus eiius
deabus ob honorem
sacri matratus
Reginia Paterna
mater nata et
facta aram po-
suit
sub sacerdota[li
Seranio Catullo
patre.

Quod haec ara communis Semelae et sororibus eius, Inoni, Autonoae, Agauae [1]) a Matris Matutae sacerdote dicata est, id ad Semelae et Matris Matutae cultus confusos permixtosque pertinet. Nam Mater Matuta, antiquissima dea Romanorum, [2]) quae et mulieribus parturientibus erat propitia et nautarum patrona, praecipue a mulieribus die festo Matralium [3]) celebrabatur, quibus prima vota pro germanorum liberorum salute mulieres fecerunt, ut olim Ino aluisse dicebatur Bacchum, Semelae sororis filium. Quae religio, nisi ex confusione Inonis et Matris Matutae, quae colebantur utraque nautarum patronae, explicari non potest. Accedit, quod ipsa Semele apud Ostiam culta in universum pro eadem atque Stimula, antiquo Romanorum numine, habebatur. [4])

[1]) cfr. Hes. theog. 776.
[2]) cfr. Preller., Röm. Mythol.³ I p. 323.
[3]) cfr. Ovid. fast. VI 475 seqq.
[4]) cfr. Ovid. fast. VI 503.

Vox ‚matratus' in huius tituli v. IV. alibi nusquam usurpata dignitatem matris sacrorum significat; ‚nata et facta' in v. VII. significat Reginiam Paternam et genere et inauguratione sacerdotio praeesse.

II.

Dii Conservatores.[1])

20.

Britannia.

α. Achinday.

Apollo et Diana.[2])

β. Devae (Chester).

Dei Σωτῆρες.[3])

γ. Bisingham.

Dei cultores loci.[4])

δ. Colchester.

Numina Augusta et Mercurius.[5])

Dei incerti.

Saepius non certa nomina deorum, sed in universum tantum plura numina comprehenduntur, sive quod nomina deorum enuntiare nefas erat, sive quod veteribus hi dei tam noti erant, ut nomenclatio supervacanea esse videretur. Nobis autem de notione eorum saepius dubitatio esse potest. Tali ratione consociati sunt:

[1]) vide p. 93.
[2]) vide p. 33.
[3]) vide p. 32.
[4]) vide p. 93.
[5]) vide p. 99.

I.

Θεοὶ Ἄγνωστοι.

Olympiae.

Paus. V 14,6: πρὸς αὐτῷ δ' ἐστὶν Ἀγνώστων θεῶν βωμός.

Apte in comparationem vocantur arae Atticae, de quibus tradit Pausanias I 1,4: βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων Ἀγνώστων καὶ ἡρώων καὶ παίδων τῶν Θησέως καὶ Φαλήρου et Philostratus in vit. Apoll. VI 3,5: σωφρονέστερον γὰρ τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν, καὶ ταῦτ' Ἀθήνησιν, οὗ καὶ Ἀγνώστων θεῶν βωμοὶ ἵδρυνται.

Has autem aras in memoriam urbis ab Epimenide peste expiatae conditas esse tradit Diogenes Laertius I 10,3: καὶ ὃς (scil. Epimenides) ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον· λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον· κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο, προστάξας τοῖς ἀκολούθοις ἔνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ· καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακόν. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς ἀνωνύμους, ὑπόμνημα τῆς τότε γενομένης ἐξιλάσεως.

Atque aram Ἀγνώστῳ θεῷ dicatam Paulus apostolus vidit Athenis.[1]) Ceterum conferas Welckerum, Griech. Götterl. III p. 222.

II.

Θεοὶ Μειλίχιοι.

Myoniae.

Paus. X 38,4: Μυᾶνες . . . καί σφισιν ἄλσος καὶ βωμὸς θεῶν Μειλιχίων ἐστί· νυκτεριναὶ δὲ αἱ θυσίαι θεοῖς τοῖς Μειλιχίοις εἰσί, καὶ ἀναλῶσαι τὰ κρέα αὐτόθι, πρὶν ἢ ἥλιον ἐπισχεῖν νομίζουσι.

[1]) cfr. Act. 17,23: Διερχόμενος γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο Ἀγνώστῳ θεῷ.

Μειλίχιοι dei inter inferos referendi sunt. Similiter dei καταχθόνιοι saepius occurrunt, velut ut uno exemplo defungar:

C. I. A. III 1424

παραδίδωμι το[ὶς] / καταχθονίοις θ[ε] / οῖς τοῦτο τὸ ἡρῷο[ν] / φυλάσσειν, Πλού / τωνι καὶ Δήμητρι / καὶ Περσεφόνῃ / καὶ Ἐρινύσι καὶ πᾶσι / τοῖς καταχθονίοι[ς] / θεοῖς.

III.

Dei Cultores loci.

Bisingham.

C. I. L. VII 980. In ara:

Dis culto-
ribus huius
loci Iul.
Victor trib.

IV.

Dei Conservatores.

Coloniae Agrippinensis.

Brambach., Corp. inscr. Rhen. 331. In ara:

Dis Conser-
vatorib. Q. Tar-
quitius Catu[l-
us leg. Aug. cuiu[s
cura praeto[r-
ium in ruina[m co-
nlapsum ad [no-
vam facie[m
restitut[um.

Dii Conservatores qui fuerint, simili fortasse donario votivo illustratur, quod prope Lessenichum repertum post

domum restitutam Iovi O. M. et Fortunae et Genio loci dicatum est: Brambach., Corp. inscr. Rhen. 451

I. O. M.
et Fortunae [et
Genio loci
[A]nt[o]nini Pi
Aug. domum ve-
tustate colab-
sam a solo res-
tit]uit.

V.

Dei Σωτῆρες.[1])

VI.

Dei Σεβαστοί.[2])

Omnes dei uni deo principi sociantur.

Consuetudinem omnes deos communiter adorandi late patuisse arae Olympicae[3]) et ara Epidauria,[4]) deinde templa Athenis,[5]) Corinthi,[6]) Argis[7]) dicata, tum donaria nuper Epidauri[8]) reperta satis testantur.

Sed etiam cum uno deo principe reliqui omnes in universum comprehensi sociantur velut:

I. cum Iove Olympiae:

Arch. Ztg. 1878 p. 181 num. 219

Δ]ιὶ Ὀλυμπίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς.

---

1) vide p. 32.

2) vide p. 98.

3) cfr. Paus. V 14,6: εἰσὶ δὲ καὶ θεῶν πάντων βωμοί. Paus. V 15,1: ἔστιν οὖν βωμὸς ἐν τῷ οἰκήματι θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ.

4) cfr. Ephem. arch. 1884 p. 26 num. 68

Βωμὸν Παν- / θείῳ ἱερεὺς / ἱδρύσατο Δᾶος.

5) cfr. Paus. I 18,9: καὶ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν.

6) cfr. Paus. II 2,7: παρὰ δὲ αὐτὸν θεοῖς πᾶσίν ἐστιν ἱερόν.

7) cfr. Paus. II 25,5: καὶ ἕτερος ναὸς θεοῖς πᾶσιν ἐν κοινῷ.

8) cfr. Ephem. arch. 1884 p. 25 num. 66

Πᾶσι καὶ πάσαις / Εὔπορος ἱεραπολήσας / τὸ γ' καὶ μ' ἔτος.

II. cum Minerva Athenis:

C. I. A. II 481 vers. 6

τὰ ἐξι]τητ[ήρια τῇ [τε
Ἀθηνᾷ τῇ Π[ολιάδι καὶ τοῖς] ἄλλοις
θεοῖς οἷς [πάτριον ἦν κ. τ. λ.

III. cum Aesculapio et Hygia Athenis:

C. I. A. III 181 c

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγείᾳ
καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς
πᾶσι καὶ πάσαις κ. τ. λ.

IV. cum Baccho Athenis:

C. I. A. III 77

Βοηδρομιῶνος ιη' τρυγ[η-
τὸν Διονύσῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἀν[υπ]ερ[θέτως κ. τ. λ.

V. cum Vesta Πρυτανείᾳ Syri:

C. I. G. add. 2347 k vers. 10

ἁπάσ[ας τε τὰ]ς νομιζομένας θυσίας ἐκαλλιέρησεν δι' ὅλου ἐνιαυτοῦ Ἑστίᾳ Πρυτανείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις κ. τ. λ.

VI. cum Iove Sole Sarapidi Alexandriae:

C. I. G. 4683

Διὶ Ἡλίῳ μεγάλῳ Σαράπιδι [τῷ] ἐν Κανώβῳ καὶ πᾶσι
τοῖς θεοῖς ἀνέθηκεν.

VII. cum Iove, Neptuno, Minerva prope Sanaum, ut videtur, in Phrygia:

Bull. de corr. hell. III p. 479

Μῆνις Δάου Διὶ καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἀθηνᾷ καὶ πᾶσιν θεοῖς εὐχαριστήριον κ. τ. λ.

Addo ea exempla, ubi dei eo, quo dixi modo, non tantum cultu comprehenduntur, sed etiam ara communi consociantur, quamquam num σύμβωμοι intellegendi sint, dubito.

I.

Dei Immortales et Iuppiter Μέγιστος(?).

Cnidi.

Newton., Discov. at Hal., Cnid. and Branch. II p. 755 num. 40 pl. 92:

ΝΑΤΟΙΣ		θεοῖς ἀθα]νάτοις
ΕΝΤΑ	Quod Newton.	ἀνατε]θέντα (?)
ΜΙΟΥΡΓΟΣΑΡ	ita explevit:	δα]μιουργὸς Ἀρ-
ΚΡΑ / ΖΙΔΡΥΣΑΤΟ		. . . κρα . ζ ἱδρύσατο
ΒΩΜΟΝ		βωμόν.

In parte aversa minoribus litteris incisum est:

Διὸς Μεγ[ίστου.

Arae in templo Cnidio repertae titulus Iovem Μέγιστον non tanquam ducem immortalium deorum significat, quod fit in titulis Olympiae et in Phrygia repertis, quorum supra (p. 94 seqq. num. I et VII) mentionem feci; immo dubium est, num titulus minoribus litteris exaratus artius cum parte antica cohaereat. Atque etiam num Iuppiter Μέγιστος in tribus deis Caricis nummerandus sit, de quibus dixi ad titulum arae Aphrodisiensis, [1]) res est incerta.

De damiurgo, summo Cnidiorum magistratu, cfr. Newton. l. c. p. 359. Σίτησις ἐν δαμιοργίῳ memoratur in titulo apud Newton., II p. 766 num. 52.

In verbis inscriptionis mutilatis nec ἀνατε]θέντα in vers. II. recte suppletum videtur neque litterae in paenultimo versu recte traditae sunt.

II.

Bacchus et Severus Alexander et omnis domus augusta et patria.

Eucarpiae.

C. I. G. add. 3858 f. Le Bas Waddington., Asie Min. III 768:

[1]) vide p. 71.

Δι]ονύσῳ κ[αὶ] Αὐτοκ[ρ]ά[τορι Καίσαρι
Σεου]ήρῳ Ἀλεξάνδρῳ [Σεβαστῷ καὶ τῷ
σύμπ]αντι οἴκῳ αὐτοῦ καὶ [τ]ῇ [πατρίδι ὁ δεῖνα
. . ἱερεὺς τὸν βωμὸν [σὺν τοῖς πέντε
περιφ]ερομένοις κίοσι καὶ κόσμ[ῳ παντὶ ἐκ τῶν
ἰ]δίων ἐπόησεν.

Haec ara intra annos 222—235 dicata est.

Saepius Caesares cum Baccho iunguntur, velut:

C. I. G. add. 2264 m

Διονύσῳ Μεινωήτῃ καὶ / τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι / καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι / Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ Ἀντω / νείνῳ Σεβαστῷ, Εὐσεβεῖ, / Εὐτυχεῖ.

et C. I. A. III 22

ψήφισμα — περὶ τὸν Διόνυσον καὶ
Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τίτον Αἴλιον Ἀδριανὸν
Ἀντωνεῖνον [Σ]εβαστὸν εὐσεβῆ νέον Δίονυσον κ. τ. λ.

Alexandri et Ptolemaeorum exemplum [1]) ut Mithradates:

C. I. G. add. 2277 b

Βασιλέως Μιθριδάτου Εὐπάτορος νέου Διονύσου κ. τ. λ.

ita Caesares Romani secuti, Bacchi et nomen et cultum sibi vindicant, quod Tacitus irridet atque tituli satis illustrant:

C. I. G. 6786

περὶ τὸν] Αὐτοκράτορα Καίσαρα Τραιανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστὸν νέον Διόνυσον.

C. I. G. 6829

ἔτι τε καὶ τειμηθεὶς ἀρχιερεὺς Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ τοῦ νέου Διονύσου.

C. I. G. 2396

ἄρχοντος Μ. Α]ὐρ. Σωτῆρος ἡ νέου Διονύσου σύνοδος.

Ceterum cum aliis quoque deis Caesares societates coire soliti sunt. Exempla affero haec:

---

1) cfr. C. I. G. 4897, 4897 b, 4899, 4926: Βασιλέως Πτολεμαίου θε[οῦ νέου Διον]ύσου. Welcker., Griech. Götterl. III p. 309.

I. cum Apolline Mileti:

C. I. G. 2863

Ἀπόλλωνι
Διδυμ[ε]ῖ καὶ
Αὐτοκράτορι
Ἀδριανῷ Καί-
σαρι Σεβαστῷ
Ὀλυμπίῳ Σω-
τῆρι οἰκιστῇ.

II. cum Neptuno et Venere prope Aegas:

C. I. G. 4443

θεῷ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ Ποσειδῶνι Ἀσφαλείῳ καὶ Ἀφροδείτῃ Εὐπλοίᾳ.

III. cum Aesculapio et Hygia Athenis:

C. I. A. III 68 a

Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ καὶ Σεβαστῷ Καίσαρι.

IV. cum Iove Ὕλλῳ et patria Alabanda:

Ann. dell' Inst. 1859 p. 146

[θεῷ Σε]βαστῷ καὶ Διὶ Ὕλλῳ καὶ τῇ πατρίδι.

III.

Dei Σεβαστοί.

Etsi ad alterum potius caput spectant dei Σεβαστοί, quo Romanorum dei tractantur, hic statim de eis disseram.

α. Romae.

Ara gentis Iuliae.

Henzen., acta fratrum Arvalium p. 57:

Ad aram gentis Iuliae vaccam.

Ad hanc aram immolatur ob natalem divi Augusti. De qua ara pluribus disseruit Mommsenus, Bull. dell' Inst. 1845 p. 122.

β. Aireygoi (in Aegypto).

Ann. dell' Inst. XXIV p. 194 ed. Henzen:

[ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος]
στεφα]νηφόρος [κ]αὶ ἀ[γ]ωνο[θέ]της . . .

ἱερεὺ]ς μὲν τῶν ὁμοβωμίων θεῶν Σεβα[στῶν
δι]ὰ βίου δὲ τῶν βουλαίων καὶ ἐπὶ τῆς εὐκο[σ-
μίας ἄρχων, τὸν ναὸν ἐκ τῶν ἰδίων χρη-
μάτων ἀνέθηκε σὺν τῷ ἐπιφερομένῳ κό[σ-
μῳ παντὶ καὶ τοῖς ξυλίνοις [φ]αντώμα[σι
καὶ τῷ κ[ερ]άμῳ.

γ. Aezanis (in Phrygia).

C. I. G. add. 3831 a[14] v. 9: καὶ τῆς εἰς τοὺς Σεβαστοὺς ὁμοβωμίους θεοὺς εὐσεβείας].

C. I. G. add. 3831 b[14] v. 5: αὔξουσ[α] Σεβαστοῖς ὁμοβωμίοις [θεοῖς.

C. I. G. add. 3831 a[15] v. 3: θεῶ]ν τῶν Σεβαστῶν τῶν ὁμοβωμίων.

C. I. G. add. 3831 a[15] v. 10: τῶν μεγάλων θεῶν ὁμοβωμίων Σεβασ[τῶν.

Hos deos Augustos ὁμοβωμίους, quorum in honorem ludi aguntur, tituli Aegyptii Henzenius l. c. divos fratres agnoscit, rectius, ni fallor, de divo Augusto et de diva Augusta cogitabimus. Ceterum qui est ἄρχων ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας, eum ad educationem virginum pertinere titulus Smyrnaeus demonstrat.[1])

Postremo breviter commemoro Athenis deos Σεβαστούς et templum (?) et sacerdotem in commune habuisse:

C. I. A. III 654 . . . ἐ[ν] τῷ [ναῷ τ]ῶν Σεβαστῶν.

C. I. A. III 389 ὁ ἀρχιερεὺς τ[ῶν] Σεβαστ[ῶ]ν.

IV.

Numina Augusta et Mercurius.

Colchester.

C. I. L. VII 87:

Numinib.
Aug.
et Mercu. deo

---

1) cfr. C. I. G. 3185.

ANDESCOCI (?)
vov co]:: mi
lico' aesubi (?)
lini Liberius
aram opere
Maronio
d. s. d.

Hac ara numina Augusta cum Mercurio consociantur. Simili modo dei Σεβαστοί communem sacerdotem habuerunt

I. cum Iove in Pisidia:

C. I. G. 4379 i
ὁ δεῖνα ἀρχιερεὺς] Διὸς / καὶ τῶν Σεβαστῶν.

II. cum Venere Aphrodisiade:

C. I. G. 2778
ἱερέα [γε]νόμενον θεᾶς Ἀφροδείτης καὶ θεῶν Σεβαστῶν.

Denique in donariorum titulis Athenis sociantur

1) cum Minerva.[1])

2) cum Vesta et Apolline:

C. I. A. III 68
Ἑστίᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ θεοῖς Σεβαστοῖς κ. τ. λ.

V.

[Minerva cum omnibus deis.]

Addam titulum, quem Le Bas Voy. arch. Attique num. 13 c (= C. I. G. 476) non recte supplevit:
Ἀθηνᾷ Ἀρχηγέτιδι καὶ θ[εοῖς πᾶσι] . . . η.
Ἑρμῳ . . . . Γαργήττιος τὸν [βωμόν . . . .

Alteram enim eiusdem tituli particulam idem Le Bas num. 254 edidit:
οις Σεβαστοῖ[ς,
ῳ δὲ Δημητρίου Μαρα[θωνίου,

[1]) vide p. 101.

quam cum priore recte coniunxit Dittenbergerus C. I. A. III 66:

Ἀθηνᾷ Ἀρχηγέ[τι]δι καὶ θ	εοῖς Σεβαστοῖ[ς . . . . . .
ης Ἑρμο[γένου]ς [Γ]αργήττιος γόν	ῳ δὲ Δημητρίου Μαρα[θωνίου,

ut aram communem agnoscere iam non liceat.

Deorum exterorum societates.

I.

Rhea et Attis.

α. Athenis.

Arch. Ztg. 1863 num. 176 ed. Conze. Kaibel., epigr. Gr. 822. C. I. A. III 172:

I.

Ὁ προγόνοις ἐφάμιλλος, ὁ τὴν μεγάλην πλέον αὔξων
 Ἀρχέλεως γενεὴν πράξεσι ταῖς ἰδίαις,
ἀντίδοσιν τελετῆς τ[ῆ]ς ταυροβόλου χάριν ἔγνω
 βωμὸν ἀναστήσας Ἄττεω ἠδὲ Ῥέης.
οὗτος Κεκροπίην αὐχεῖ πόλιν, οὗτος ἐν Ἄργει
 ναετάει, βίοτον μυστικὸν εὖ διάγων·
αὐτόθι γὰρ κλειδοῦχος ἔφυ βασιληΐδος Ἥρης,
 ἐν Λέρνῃ δ' ἔλαχεν μυστιπόλους δαΐδας.

II.

Δᾳδοῦχός με Κόρης, βασιλ[ηΐ]δος ἱερὰ σηκῶν
 Ἥρας κλεῖθρα φέρων βωμὸν ἔθηκε Ῥέῃ
Ἀρχέλεως τελετῆς συνθήματα κρυπτὰ χαράξας
 ταυροβόλου πρῶτον δεῦρο τελειομένης.

Marmor in via, quae Athenis ad Pentelicum ducit, repertum praeter dedicationem anaglypha exhibet. 1) Ex forma litterarum et ex compositione anaglyphorum Henzenius hanc aram altero vel tertio p. Chr. n. saeculo adscripsit. De cultu Rheae Attico egit Foucartius, Assoc. relig. p. 64.

1) cfr. Jahn., Arch. Ztg. 1864 num. 181. Conze. l. c.

β. Romae.

Kaibel., epigr. Gr. 824. C. I. L. VI 509. In ara grandi:

Μητέρι τῇ πάντων Ῥείῃ . . . τε γενέθλῳ
Ἄττει θ' ὑψίστῳ καὶ συν[έχο]ντι τὸ πᾶν,
τῷ πᾶσιν καιροῖς θεμε . . ρα πάντα φύοντι,
κριοβόλου τελετῆς ἠ[δ' ἔτι τ]αυροβόλου,
μυστιπόλος τελετῶν [ἱερῶν ἀ]νεθήκατο βωμὸν,
δῶρον Ἀπόλλωνος [τοὔνομ'] ἔχων ἐπίκλην.

Petronius Apol[lod]orus V. C.
pontif. maior X[vir s]acr. fac.
pater sacr. dei in[vic]ti Mithrae
taurobolio crio[boli]oq. percepto
una cum Ruf. Vo[lus]iana C. f. con-
iuge XVI kal. Iu[lias] d. d. n. n.
Valentiniano et Val[en]te Augg. III coss.

Inter aras Romanas, quarum plurimae IV. p. Chr. n. saeculo his deis in commune dicatae sunt, haec ara magna praecellit, anno 370 p. Chr. n. condita. Praeter inscriptionem metricam anaglyphis insignis est, quibus Rhea et Attis exsculpti conspiciuntur.

Sequuntur tituli reliquarum ararum, quae Rheae et Attidi in commune dicatae Romae effossae sunt:

C. I. L. VI 505. In ara marmorea anno 295 p. Chr. n. posita:

M. D. M. I. et Attinis
L. Cornelius Scipio Orcitus *(sic)*
V. C. Augur taurobolium
sive criobolium fecit
die IIII Kal. Mart.
Tusco et Anullino coss.

C. I. L. VI 506. In ara marmorea:

M. D. M. et Attidi
L. Cornelius Scipio

Orfitus V. C.
augur ex voto
taurobolio sive
criobolio facto.

C. I. L. VI 510. In ara a. 376 p. Chr. n. posita:

Dis magnis
Matri deum et Attidi
etc.

Accedit ad haec numina tertius Men Tyrannus, qui, cum et ipse ex Asia Minore originem trahat et artissima cognatione Attinem attingat,[1] posteriore aetate cum Attine in unam personam coaluit. Exempla haec sunt:

C. I. L. VI 501. In ara a. 383 p. Chr. n. posita:

M. D. M. I.
et Attidi Sancto
Menotyranno
Q. Clodius Flavianus
V. C. pont. maior
XVvir s. f. septem
vir epulonum
pontifex dei Solis
taurobolio criobo-
lioque percepto
aram dicavit
Nonis Aprilibus
f. f. l. l. Merobaude II
et Saturnino
conss.

C. I. L. VI 508. In ara a. 319 p. Chr. n. posita:

Potentiss. diis [M. D. M. et At-
ti Menotyranno

---

[1]) cfr. Le Bas Waddington. Asie Min., III in adnot. ad tit. 668.

Sarapias h. f. sacr. deum
Matris et Proserpinae
taurobolium criobol. Caerno
perceptum per etc.

C. I. L. VI 500. In ara a. 377 p. Chr. n. posita:

M. D. M. I.
et Attidi Meno-
tyranno conser-
vatoribus suis Cae-
lius Hilarianus v. c.
duodecimbyr
urbis Romae
etc.

C. I. L. VI 511. In ara a. 377 p. Chr. n. posita:

M. D. M. Ideae et Attidi Menotyranno
etc.

C. I. L. VI 512. In ara a. 390 p. Chr. n. posita:

[M. D. M. I. et Attidi Menotyranno] diis magnis.
etc.

γ. Beneventi.

Attis et Minerva Berecintia.

C. I. L. IX 1538. In ara a. 228 p. Chr. n. posita:

Attini sacrum
et Minervae Berecint.
Concordia Col. lib. Ianuari[a
c[y]mbal. [l]oco secundo ob
criobolium factum m. de
ma. tradentib. Septimio
Primitivo augure et sac.
Servilia Varia et Terentia
Elisviana sacerd. XVvir

praeeunte Mamio Secundo
haec iusu matris deum
in ara taurobolica duo-
dena cum vitula crem.
sub die V idus Aprilis
Modesto II et Probo cos.

Cum Romana aetate magis magisque dei deaeque confunderentur, factum est, ut Magna Mater Idaea vel pro Diana vel pro Minerva Graecorum haberetur, quae virgo una cum Iove mundum regnaret, quod significat Iulianus Apostata V p. 166 (ed. Spanh.): Παρθένος ἀμήτωρ καὶ Διὸς σύνθωκος.

Itaque Berecintiae cognomen a Cybela ad Minervam translatum est: quae hac ara una cum Attine colitur, quo donaria votiva et ipsa Beneventi reperta referuntur velut:

C. I. L. IX 1539

Attini sacr.
et Minervae
Paracentiae etc.

De hoc cultu cfr. Preller., Röm. Myth. p. 739.

II.

Aegyptiorum deorum societas.

Aegyptii dei ut Athenis, ita aliis in urbibus et regionibus Graecis sua templa suasque religiones nacti sunt: atque iam inde ab Alexandri Magni et Ptolemaeorum aetate grassari ac late patere per Graeciam illorum numinum ritus cultusque coeperunt.

Nusquam autem studiosius Aegytiorum dei celebrati sunt quam Deli in insula: qua de re copiose egit Homolle in Bull. de corr. hell. VI p. 20 seqq.

α. Deli.

Sarapis et Isis et Anubis.

C. I. G. 2303:

Σωσιμῖνος Εὐαγόρου
Σαράπιδι, Ἴσι, Ἀνούβι εὐχήν.

Titulus in ara exhibetur trilatera, quae Deli reperta, nunc Massiliae servatur.

Lapis anaglyphis ornatus est, quibus Delii dei Apollo, Diana, Latona exarati sunt. Secundum anaglyphorum compositionem ac formam litterarum ara ante annum 172 a. Chr. n. condita esse videtur: certe iam anno 180 a. Chr. n. in indice rerum sacrarum Demaris Aegyptiorum deorum magistratus commemorantur.[1] Ut huius arae anaglyphis dei Delii repraesentantur, ita in titulis donariorum Apollo et Iuppiter Οὔριος comparent una cum deis Aegyptiis, quibus etiam Harpocrates accedit, velut: Bull. de corr. hell. VI p. 328 num. 22

Εὔτυχος Ἀπολ[λω]ν[ί]ου Νυμφαίτη[ς
ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ Εὐβούλο[υ
καὶ ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων πάντων,
Διὶ Οὐρίῳ, Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρ-
φοκράτει θεοῖς συννάοις καὶ συμ-
βώμοις ἐπὶ ἱερέως Θεομνήστου
τοῦ Θεογένου Κυδαθηναιέως,
ζακορεύοντος [Διο]νυσίου,
χαριστήριον,

ubi verba θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις num etiam ad Iovem Οὔριον pertineant, quaeritur; potius in societatem deorum Aegyptiorum, quos templum et aram Deli habuisse constat, is deus admissus videtur.[2]

Contra in titulo altero: Bull. de corr. hell. VI p. 331:

Πρῶτος Πυθίωνος Κώϊος σωθεὶς
ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων
Σεράπει, Ἴσει, Ἀνούβει, Ἀπόλλωνι, θε-
οῖς συννάοις ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ τῶν
παιδίων Φιλουμένης καὶ Πυθίω-
νος χαριστήριον

Apollinem in versu III. non Graecorum deum significare, sed potius Harpocratem intellegendum esse Hauvette-Bes-

[1]) cfr. Homolle., Bull. de corr. hell. VI p. 20 et Hauvette-Besnault., Bull. de corr. hell. VI p. 475.

[2]) cfr. Bull. de corr. hell. VI p. 317 seqq.

naultius[1]) mihi probavit, cuius opinionis testimonia hos titulos affert: Ἀθήν. IV p. 458 Ἔρωτι Ἁρφοκράτει Ἀπόλλωνι et C. I. G. 7045 Μέγας Ὧρος Ἀπόλλων Ἁρποκράτης.

Quibus causis commoti veteres deis Aegyptiis donaria obtulerint et ex argumentis titulorum et ex societate Iovis Οὐρίου discimus. Is enim, cuius templum ad Bosporum situm celeberrimum erat,[2]) secundos ventos nautis praebere credebatur. Etiam in Laconica similis religionis mentionem facit Pausanias III 13,5: Διὸς ἱερόν ἐστιν Εὐανέμου.

Itaque a maris periculis nautas tuebantur dei Aegyptii, quo pertinet titulus Stratoniceae in Caria repertus: Le Bas Waddington., Asie Min. III 516. Kaibel., epigr. Gr. 834

Ζηνὶ Παν[ημερίῳ] καὶ Ἡλίῳ Διὶ Σεράπει
σωθέντες ἐκ πολέμων μεγάλων καὶ ἀλλοδαπ[ῶν] θαλασσῶν
εὐχῆς ἕνεκε ταῦτ' ἐπέγραψαν ὑφ' ἓν οἱ τέσσαρες ἄνδρες
Ζωτικὸς, Ἐπίκτητος ἠδ' Ἀντίοχος, [ἠδ'] ἅμα Νεῖλος.

In fine titulum addam et ipsum Deli effossum: Bull. de corr. hell. VII p. 367 num. 16

Διὶ Σωτῆρι
Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι
Μ]άαρχος Κίνκιος ὑπὲρ αὑτ[οῦ
καὶ τῶν τέκνων κατὰ πρόσταγμα.

β. Chii.

Isis et Sarapis et Anubis et Harpocrates.

C. I. G. 2230:

Ἴσιδι, Σαράπιδι, Ἀνούβιδι, Ἁρποκράτει, θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις εὐχήν.

γ. Alexandriae.

Isis, Iuppiter Ammon, Harpocrates.

Kaibel., epigr. Gr. 833:

Ἴσιδος εὐπλοκάμοιο καὶ Ἄμμωνος κεραοῖο
Κἀρποκράτου τε διπλοῖς εἴδ[εσ]ι φαινομένου

---

1) cfr. Bull. de corr. hell. VI p. 331.

2) cfr. Boeckh. C. I. G. 3797.

βωμὸς ἐγώ· σὺν παισὶ δ' ἔθηκεν κλινὸς Ἀνουβίων,
ἄγγελον εὐσεβίης ἠδὲ θυηπολίης.

δ. Romae.

Horus et Isis et Anubis.

C. I. L. VI 344. In ara marmorea:

Horus Isidi sacrum Anubis.

ε. Veronae.

Serapis et Isis.

C. I. L. V 3294:

Serapi Aug. et
Isidi regin.
aram posuit
Licinius Gelasius
Cellarius.

B.

Dei Romani et exteri.

Usum duos pluresve deos communi ara colendi Romanos a Graecis libenter esse mutuatos ex multis exemplis comperimus.

Nam ante Graecorum cultum humanitatemque Italiae vindicata deos συμβώμους a Romanis esse cultos indicia desunt; ac ne postea quidem proprium vocabulum deprehendimus, quo Romani deos hac ratione coniunctos significarint.

Itaque ne Romana quidem eiusdem moris exempla in hac disquisitione omittenda videbantur.

1.

Dei Romani.

Praeter nonnullas aras communes, de quibus, quod utrum Graeci an Romani dei in eis consociati sint, difficilis quaestio esse videtur, iam supra (p. 81 seqq.) disserui, dei Romanorum in his aris consociati sunt:

I.

Iuppiter O. M. et Iuno Regina.

Orelli, inscr. Lat. 339. In ara Minnoduni (in Gallia) reperta:

Pro salute Domus Divin.
I. O. M. Iunon. Regin.
aram Q. Aelius Av[ie]nus IIII v. Aug.
de suo item donavit vican.
Minnodunens. X. DCCL ex
quorum ussur. gymna-
sium inderci. tempor.
per tridum eisdem
vican. dedit in ae(v)um
quod si in alios ussus
transferr. voluerint
hanc pecun. incol. col. Aven-
ticensium dari volo
L. D. D. U. M.

Addo titulum spurium in C. I. L. VI 5,3139, quem ex Boissardi antiquitatibus urbis Romae Gruterus VII 1 et Montefalconius, Ant. expl. I, 1 pl. XX num. 1 ediderunt:

I. O. M.
et Iunoni Reginae
pro salute
M. Aurelii Antonini
Pii Fel. Aug.
Iul. Pudens Severianus
aram cum basi
posuit.

II.

Iuppiter O. M. et Iuno sancta (h)era et Castores et Apollo.

C. I. L. VI 413. In ara a. 244 p. Chr. n. posita:

I. O. S. P. D.
et Iunoni sanctae

herae Castorib.
et Apollini Conservato-
ribus thyrsus
pro salute patroni sui
et sua suorumque
iussu numinis eorum
aram d.

III.

Iuppiter Custos et Genius thesaurorum.

C. I. L. VI 376. In ara marmorea a. 157 p. Chr. n. posita:

Iovi Custodi
et Genio
thesaurorum
aram
C. Iulius Aug. lib.
Satyrus
d. d.

in latere: dedic. XIII k. Febr.
M. Civica Barbaro
M. Metilio Regulo cos.

IV.

Iuppiter O. M. et Silvanus Sanctus ceterique dii.

C. I. L. VI 3697. In ara marmorea:

Aedem aramque
I. O. M.
et Silvano Sancto
ceterisque diis
quorum in tutela ae-
dificium est, quod
a solo fecerunt
L. Valerius Felicissimus
C. Grasinius Silonian.
C. Vetina Quintus
L. Lucilius Augustalis
possessores.

V.

Iuno Regina et Minerva.[1])

VI.

Hercules et Silvanus.

1) C. I. L. VI 296. In ara:

Her|culi
et Si|lvano
Sanc|to sac.
L. Iun|ius Lyco
scrib. |librar.
aediliu|m Curulium
d. |d.

2) C. I. L. VI 3690. In ara:

Herculi et
Silvano sa.
Ti. Claudius
Diadumenus
cellarius fe.

VII.

Sol et Luna et Silvanus et Genius cellae.

C. I. L. VI 706. In ara:

[protomae
Solis, Lunae, Silvani]
Soli, Lunae, Silvano
et Genio cellae
Groesianae
M. Scanianus
Zosa ex viso
posuit.

2.

Romani dei cum exteris consociati.

I.

Iuppiter O. M. et Dea Suria et Genius venalicii.

C. I. L. VI 399. In ara:

Iovi O. M.
et deae Suriae

[1]) vide p. 10.

et Genio venalici
C. Granius Hilarius
cum Lissia Sabina
v. v.

II.

Iuppiter O. M. et Sol Divinus et Genius venalicii.

C. I. L. VI 398. In ara anno 86 p. Chr. n. condita:

I. O. M.
et Soli Divino
et Genio
venalici etc.

III.

Sol Serapis Iuppiter Liber pater una cum Mercurio et Silvano.

C. I. L. VI 707. In arula marmorea:

Sol. Serapi Iovi
Libero patri
et Mercurio
et Silvan. sacr.
C. Corneli. Hon-
oratus d. d. d.
Berna et An-
thus fili.
d. Valeri. Neo-
phitus IIIICCCL.

IV.

Iuppiter Sol Invictus Praesens Dignus Magnus et Isis Salutaris.

C. I. L. VI 436. In ara:

I. S. I. P. D. M.
Isidi Salutari

pro sal. Q. Vergilii
Modesti Cassia Mat.
v. s. d.

Huc denique referenda est ara Mercurii et Iovis et Martis et Apollinis et Minervae, anaglyphis horum deorum insignis, reperta loco Cervadel en Plobannalek (in Franco-Galliae provincia Finistère), quam edidit Du Chatellier, Rev. archéol. XXXVII p. 104. Qui in huius arae Gallicae anaglyphis dei Romanorum agnoscuntur, eosdem a Gallis cultos esse Caesar memoriae prodidit bell. Gall. VI 17: Deum maxime Mercurium colunt — post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam; de his eandem fere quam reliquae gentes habent opinionem. De qua re plura Du Chatellier exposuit l. c.

C.

Manes mortuorum.

Arae in honorem mortuorum positae.

Ut apud Graecos mortuos tanquam heroes cultos esse multa praesto sunt et indicia et diserta testimonia, ita Romana aetate aras et in unius mortui[1]) et in plurium personarum honorem positas esse tituli docent.

[1]) cfr. Wilmanns, exempl. 315 vers. IX:
. . . Araq(ue) ponatur ante
id aedific(ium) ex lapide Lunensi quam optimo sculpta quam optume,
in qua ossa mea reponantur, etc.,
et Janssen., inscr. mus. Lugd. p. 108,7 in fronte arae marmoreae incertae originis:

Aureli-
us Alex-
and[e]r.
m]a[t]e[r] eius
[faciundum]
cu[rav]it.

Arae communes repertae sunt:

I.

Eumeniae.

I. Bull. de corr. hell. VIII p. 236:

[τὸ ἡρῷον καὶ τ]ὸν ἐπ' αὐτοῦ βωμὸ]ν
κατεσκεύασεν Αὐρ. Ζωτικὸς β' τοῦ
Πάπ[π]ου Εὐμενεὺς ἑαυτ[ῷ] καὶ
τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Αὐρηλίᾳ Ἀπφί[ᾳ]
καὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ . . [. καὶ εἴ] τιν[ι
ἑτέρ]ῳ . . . αὐτὸς ζῶν [συγχω]ρήσει·
οὐδενὶ δ' ἄλλῳ.

II. Bull. de corr. hell. VIII p. 242:

Μάρκελλος Μάρ-
κου Δαμᾷ τῷ ἀδελ-
φῷ καὶ Ἀπφίᾳ τῇ
μητρὶ ζώσῃ τὸ
μνημεῖον καὶ τὸν
βωμὸν μνήμης
χάριν.

Hae duae arae inter sepulcra Christianorum repertae sunt.

II.

Dindymi.

I. Mitth. aus Oesterr. VII p. 187 num. 60:

Ἤ]λις Δόμνῳ τῷ ἀν-
δ]ρὶ καὶ ἑαυτῇ καὶ τέ-
κ]νοις Δόμνῳ καὶ Μέ-
σ]ῳ ἀνέστησεν τὸν
β]ωμὸν μνήμης
χάριν.

II. Mitth. aus Oesterr. VII p. 186 num 56:

ʼΑντώνιο[ς
ζῶν κὲ φρο[ν-
ῶν ἀνέστ[η-
σα ἐμαυτῷ
κὲ τῷ ἀδελ-
φῷ Νικάνδρ-
ῳ τὸν βωμὸ-
ν τοῦτον.
χέρυ (sic) ὅστις
ὁ ἀναγιγνώσ-
κων.

III.

Salonae.

Mitth. aus Oesterr. VIII p. 132 num. 121. In cippo arae formam referente:

D. M.
L. Publicius Trophi-
mus heres instituit Abval
Philete uxore mea in memo-
ria karae coniugis et mi po-
sui stilibatam causa arae
viatorib. bene concordes
vivite vivendo fit minus una dies.
commemora tecum
nil stomacandi haec
nobis d. perpetua.

CAPUT IV.

1. De notione deorum συμβώμων.

Iam postquam ex fide auctorum et titulorum κοινοβωμίαν, quantum potui, perscrutatus sum, paucis summam faciam:

Ut ipsum cognomen demonstrat: σύμβωμοι vel ὁμόβωμοι vel ὁμοβώμιοι dei in cultu vocantur, quibus sacra communi super ara fiebant.[1])

2. De exstructione ararum communium.

Eiusmodi autem ara, ut ipso adspectu deorum societatem referat, saepius singulos in superficie praebet cavos recessus i. e. escharas ad sacrum suum cuique deo vel deae faciendum.

Id, ut exemplis utar, valet de antiquissima ara Crissensi Iunonis et Minervae VI. a. Chr. n. saeculo dicata, quae duabus escharis instructa est,[2]) deinde de ara Eleusinia Cereri et Proserpinae una cum Hecate et Mercurio et Gratiis et Diana et Telesidromo et Triptolemo et Iaccho V. a. Chr. n. saeculo posita, duabis escharis insigni,[3]) tum de ara Mercurii et Veneris et Panis et Nympharum et Isidis I. a. Chr. n. saeculo Athenis dedicata, quae tres exhibet escharas, cum Mercurius et Venus et Pan artius inter se iuncti una eschara utantur.[4])

Quamquam multo plura sunt exempla ararum communium, ubi prorsus desunt escharae ad sacrum faciendum, ut

[1]) cfr. Paus. V 14,5 ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ . . . καθέστηκεν ἡ θυσία. Paus. V 14,8 — Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν κοινῷ . . . ἐστὶ βωμός.

[2]) vide p. 9.

[3]) vide p. 19.

[4]) vide p. 42.

eiusmodi arae ab eis, quae singulis deis dicatae sunt, non differant. Velut, ut uno exemplo defungar, arula Attica Mercurio et deae incertae V. a. Chr. n. saeculo dicata nulla habet indicia plurium eschararum.[1])

Similis ratio est mensarum sacrarum pluribus escharis insignium, velut mensa Attica ineunte IV. a. Chr. n. saeculo condita tres,[2]) altera iam V. a. Chr. n. saeculo in antro Nympharum ab Archedamo Apollini dicata duas escharas exhibet.[3]) Atque insigni documento deis συμβώμοις super uno arae cubo esse sacrificatum ara est in Amphiarai honorem Oropi consecrata,[4]) cuius partes, numero quinque, singulae pluribus deis dicatae erant. Valde dolemus, quam formam partes habuerint ex verbis Pausaniae non patere, atque ne id quidem constat, utrum una an pluribus escharis singulae partes instructae fuerint.

De ararum communium Olympicarum exstructione aliam opinionem nuper professus est Ernestus Curtius, Altäre von Olympia p. 8, loco Pausaniae V 14,8 nixus:

πρὸς δὲ τῷ τεμένει τοῦ Πέλοπος Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν κοινῷ, μεταξὺ δὲ αὐτῶν Μουσῶν, καὶ ἐφεξῆς τούτων Νυμφῶν ἐστι βωμός.

Hunc enim locum vir doctus ita interpretatur, ut vocabula μεταξὺ δὲ αὐτῶν ad Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων referantur, unde concludit communes aras Olympicas eum fere in modum exstructas fuisse, ut in territorio sacrato tot arae ponerentur, quot dei communem cultum haberent, inter quos facile alios quoque inseri potuisse.[5])

---

1) cfr. Ann. dell. Inst. XLI p. 253 et tab. I. K. vide p. 45.

2) cfr. C. I. A. II 986 b.

3) cfr. C. I. A. I 423—431. Curtius et Kaupert, Atlas von Athen tab. VIII. vide p. 87.

4) cfr. Paus. I 34,2. vide p. 55.

5) cfr. Altäre von Olympia p. 8: Diese Doppelaltäre waren ihrer Einrichtung nach verschieden von den gemeinsamen Altären wie sie z. B. neuerdings am Südabhang der Akropolis gefunden sind, längliche Steine mit einer Reihe von Escharen in der Deckplatte, welchen die verschiedenen Dedikationsinschriften an der Vorderseite des Steins entsprechen

Quae si vere sunt disputata, nescio, quonam modo Olympicae arae communes ab aris singularibus differant eis, inter quas familiaritatem quandam ille statuit p. 8 [1]), velut Μοιραγέτης et Μοῖραι, Hercules fratresque ex ipsa vicinia sane σύμβωμοι intellegi poterant, quod ne Curtius quidem contendit. At Curtio quominus assentiamur, obstat quod omnino fieri non potest, ut vocabula Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν κοινῷ, quae unam tantum notionem complectuntur, μεταξύ vocabulo disiungantur. Multo facilius res explicatur: nam verba μεταξὺ δὲ αὐτῶν ad nemus Pelopis et ad aram Baccho Gratiisque communiter dicatam pertinere iam Siebelis intellexit. Ex Pelopio nimirum valde conspicuo periegeta locum indicat, ubi ara Bacchi et Gratiarum posita est; mediae inter haec stabant arae Musarum et Nympharum.

Accedit quod aram Bacchi et Gratiarum ante aras Musarum et Nympharum Pausanias afferre debebat, si quidem illis primum in commune, deinceps his separatim sacra fiebant, nam eo ordine aras enumerat, quo Elei sacrificabant. [2])

Itaque Curtium de communibus aris Olympicis non recte iudicare arbitror neque habeo, cur Olympicas aras aliter ac reliquas exstructas esse putem.

(Mitth. d. Inst. I p. 246), oder der im Fels ausgemeiselte Opfertisch der Hymettischen Nymphengrotte (Atlas von Athen Taf. 8). Es waren vielmehr gesonderte Altarwürfel, wie wir annehmen müssen, da zwischen je zwei Altäre der θεοὶ σύμβωμοι ein dritter eingeschoben werden konnte, wie z. B. der Musenaltar zwischen Dionysos und Chariten.

[1]) Auch unter den Einzelaltären lassen sich gewisse Nachbargruppen erkennen und zwar nicht blos solche, die sich an Oertlichkeiten wie Hippodrom und Stadion anschliessen. So finden wir den Möragetas und die Mören (Paus. V 13,3) neben einander, so zwei Hypsistos- (Paus. V 15,4), zwei Athena-Altäre (Paus. V 14,5) neben einander. Hier waren es den Göttern geweihte Räume, wo sich die Altäre an einander reihten. So bildete auch der Heraklesaltar mit dem der Brüder eine Gruppe (Paus. V 14.5).

[2]) cfr. Paus. V 14,5: ἐπακολουθήσει δὲ ὁ λόγος μοι τῇ ἐς αὐτοὺς (scil. βωμούς) τάξει, καθ' ἥντινα Ἠλεῖοι θύειν ἐπὶ τῶν βωμῶν νομίζουσι.

3. Quibus temporibus σύμβωμοι dei culti sint.

Ceterum inde ab antiquissimis temporibus mos deos συμβώμους colendi percrebruit, id quod ipsae sex arae XII deorum Olympicae docent. Idemque mos ab Romanis post Graeciam superatam receptus usque ad illam viguit aetatem, qua sensim pedetemptimque Christianae fidei religiones veterum cesserunt. [1])

Ut taceam de aris a Pausania commemoratis, de quarum aetate non satis constat, vetustissima, quae tempora tulerit, Crissensis est ara Iunonis et Minervae VI. a. Chr. n. saeculo posita; novissimae, quae certis annis adscribuntur, arae in Rheae Attidisque honorem exeunte IV. p. Chr. n. saeculo conditae.

Itaque usus κοινοβωμίας spatio mille annorum continetur vel potius religionibus veterum inhaerens per omnia antiquitatis tempora duravit.

4. Qui dei σύμβωμοι consociati sint.

Quodsi qui dei deaeve σύμβωμοι iuncti compareant, quaerimus, fere nullus deorum ab eiusmodi societate alienus est. [2]) Ad deos accedunt heroes heroidesque, denique mortuorum quoque hominum manes aris communibus coluntur.

5. Quot dei σύμβωμοι sociati sint.

Neque magis numeri deorum, qui has societates inierunt, certis finibus circumscripti sunt: plerumque bini comparent, velut:

Iuppiter Λαοίτας et Neptunus Λαοίτας [Olympia],
Iuppiter et Vulcanus [Caria],
*[3]) Iuppiter O. M. et Iuno Regina [Gallia],
*Iuppiter Custos et Genius thesaurorum [Roma],

-

[1]) cfr. aras Eumeniae repertas. vide p. 114.

[2]) Desiderantur in enumeratione deorum Graecorum Ἄρης et Ἀμφιτρίτη.

[3]) Dei Romani asteriscis (*), dei Graeci et Romani consociati crucibus (†) insigniti sunt.

Iuppiter Καθάρσιος et Victoria [Olympia],
Iuppiter Λαβραύνδας et Iuppiter Μέγιστος [Caria],
Iuppiter Ἀξεύς et Sol [Syria],
*Iuppiter Sol Invictus Praesens Dignus Magnus et Isis [Roma],
*Iuppiter et Roma [Astypalaea],
Apollo et Diana [Arcadia],
Apollo et Cybele [Troas],
Apollo Grannus et Nymphae [Raetia],
*Apollo et Musae [Roma],
Mercurius et Apollo [Olympia],
Mercurius et Venus [Lesbus],
Mercurius et [dea incerta] [Attica],
Neptunus et Erechtheus [Attica],
Ceres et Proserpina [Attica],
Diana et Alpheus [Olympia],
Iuno Λαοῖτις et Minerva Λαοῖτις [Olympia],
Minerva et Apollo [Sicilia],
Minerva et Neptunus [Attica],
Venus et Pan [Olympia],
Bacchus et Gratiae [Olympia],
Bacchus et [deus incertus] [Attica],
Aesculapius et Apollo [Argolis],
Aesculapius et Hygia [Attica],
*Caesar Augustus et dea Roma [Attica],
Deus Μέγιστος et Καλὴ Μοῖρα [Italia],
Dis pater et Proserpina [Roma],
Hercules et Iolaus,
*Hercules et Musae [Roma],
*Hercules et Silvanus [Roma],
Populus Atheniensium et Gratiae [Attica],
Prometheus et Vulcanus [Attica],
Sarapis et Isis [Verona],
Saturnus et Rhea [Olympia],
Saturnus et Sol [Olympia],
Somnus et Musae [Argolis],
Alcmene et Iolaus [Attica],

Clymene et Dictys [Attica],
Lathria et Anaxandra [Laconica],
†Nemesis et Fata [Italia],
Rhea et Attis [Attica],
Semele et sorores [Germania],

non raro terni:

Iuppiter Ἕρκειος et Mercurius et Acamas [Attica],
Iuppiter Ἀποβατήριος et Minerva et Hercules [Hellespontus],
Iuppiter Ἀμβούλιος et Minerva Ἀμβουλία et Castores Ἀμβούλιοι [Laconica],
*Iuppiter O. M. et Dea Suria et Genius venalicii [Roma],
*Iuppiter O. M. et Silvanus Sanctus et ceteri dii [Roma],
*Iuppiter O. M. et Sol Divinus et Genius venalicii [Roma],
Apollo et Diana et Latona [Attica],
*Mercurius et Hercules et Mars [Africa],
Ceres et Proserpina et Δικαιοσύνη [Aegyptus],
Aesculapius et Apollo et Moxynitae [Troas],
Horus et Isis et Anubis [Roma],
Isis et Iuppiter Ammon et Harpocrates [Aegyptus],
Pluto et Ceres et Proserpina [Africa],
Sarapis et Isis et Anubis [Delus],
Sol Serapis Iuppiter Liber Pater et Mercurius et Silvanus [Roma],

quaterni:

†Iuppiter Κτήσιος et Iuppiter Capitolinus et Roma et Ἀγαθὸς Δαίμων [Teus],
*Iuppiter O. M. et Iuno et Castores et Apollo [Roma],
I. O. M. Dolichenus et Aesculapius et Hygia et ceteri dei [Africa],
Isis et Sarapis et Anubis et Harpocrates [Roma],
*Sol et Luna et Silvanus et Genius cellae [Roma],

quini:

Mercurius et Venus et Pan et Nymphae et Isis [Attica],
*Mercurius et Iuppiter et Mars et Apollo et Minerva [Gallia],

sex: †Concordia et Grannus et Camenae et Lares Martis et Pacis [Germania],
novem: Ceres et Proserpina et Hecate et Mercurius et Gratiae et Diana et Telesidromus et Triptolemus et Iacchus [Attica],
duodeviginti: Amphiaraus et alii dei [Boeotia].

Denique ut duodecim dei, ita Σωτῆρες, Μειλίχιοι, *Conservatores, *Cultores loci, quin etiam omnes dei multis exemplis consociantur.

6. De sexu numinum συμβώμων.

Quod ad sexum pertinet numinum communi ara consociatorum, in maiore parte ararum dei et deae coniuncti sunt. Paucioribus aris dei masculi iunguntur, minimae pluribus deabus in commune consecratae sunt.

7. De deis συμβώμοις cum deis systematis XII deorum Atticorum comparatis.

Conspicuum videtur omnia haec paria deorum, excepta societate Apollinis et Dianae, ab eis aliena esse, quae in systema duodecim deorum Atticorum recepta erant; nobis haec nota sunt ex anaglyphis arae, olim in villa Borghese servatae. [1])

8. De causis societatum eius generis instituendarum.

Omnium difficillima quaestio est de causis, quibus eius generis societates deorum institutae sint. Nam ut omittam saepe certi quicquam erui non posse, diversae diversis et locis et temporibus causae ararum condendarum statuendae sunt.

Facilis est explicatio, ubi dei cognatione quadam inter se continentur, velut:

1. Iuppiter et Iuppiter Μέγιστος,
2. Iuppiter et Neptunus,
3. Apollo et Diana,
4. Apollo et Diana et Latona,
5. Apollo et Aesculapius,
6. Ceres et Proserpina,

[1]) vide p. 4.

7. Aesculapius et Hygia,
8. Dei Σεβαστοί,
9. Dei manes fratrum vel filiorum,
10. Dis pater et Proserpïna,
11. Magna Mater et Attis,
12. Pluto et Ceres et Proserpina,
13. Saturnus et Rhea.

Alia ad certam provinciam deorum referuntur, velut:

1. Bacchus et Gratiae,
2. Venus et Pan,
3. Diana et Alpheus,
4. Mercurius et Venus una cum Pane, Nymphis, Iside,
5. Prometheus et Vulcanus,
6. *Hercules et Silvanus,

(1–6): ad naturae incrementa spectantes,

7. Somnus et Musae,
8. Mercurius et Venus Suada: dei coniugales,
9. Dei Aegyptii et Iuppiter Οὔριος: patroni nautarum,
10. Apollo Grannus et Nymphae: dei medici,
11. Apollo et Musae,
12. *Hercules et Musae,
13. Mercurius et Apollo,

(11–13): patroni ludorum et gymnasii,

14. Cybele et Apollo: duorum atque olim infestorum inter se musicae artis generum praesides,
15. Iuppiter et Minerva et Castores: patroni civitatis,
16. Iuppiter Ἀποβατήριος et Minerva et Hercules: dei tutelares Macedonum vel Alexandri,
17. Huc spectant denique Σωτῆρες, Μειλίχιοι, *Conservatores, *Cultores loci.

Alii artificiosius iunguntur ex interioribus causis religionis vel fabularis historiae, velut:

1. Minerva et Neptunus,
2. Neptunus et Erechtheus,
3. Apollo et Minerva,
4. Alcmene et Iolaus,

5. Hercules et Iolaus,
6. Semele et sorores,
7. Clymene et Dictys,
8. Populus Atheniensium et Gratiae,
9. *Roma et Iuppiter Capitolinus,
10. †Iuppiter Κτήσιος et Iuppiter Capitolinus et Roma et Ἀγαθὸς Δαίμων,
11. *Augustus et Roma.

Reliqua ut incertiora praetereo.

Unum satis dignum memoratu, quod nonnulli dei vel deae, quamvis arta propinquitate inter se cohaereant, velut Ceres et Proserpina, Apollo et Diana, rarissime σύμβωμοι certis testimoniis agnoscuntur, id quod vix casui tribuendum est: nimirum illa deorum paria tam arte coniuncta videntur fuisse, ut saepius diserta arae inscriptione societatem memorare operae pretium non esse videretur.

Non possum, quin hoc loco singulares gratias agam praeceptoribus meis carissimis Rudolpho Schoell et Wilhelmo Studemund, qui in materia huius libelli colligenda et aestimanda consilio me adiuverunt, quorum benevolentiae maximam ac sempiternam servabo recordationem.

INDICES.

Numeri crassiores ad communes aras lectores remittunt.

I.

Dei, deae, heroes.

II.

Index geographicus.

III.

Tituli, scriptores, qui aras communes testantur.

(Sedes epigrammatum indicantur secundum Kaibel., epigr. Gr.)

Addenda et corrigenda.

p. 4 l. 10: De XII deis cfr. etiam Ahrens, de XII deis Platonis.
p. 6: Duodecim deos Olympiae cultos esse testatur etiam Hermias in schol. ad Platonis Phaedrum p. 134: διαιροῦνται δὲ οἱ δώδεκα οὗτοι εἰς ἓξ ἄρρενας και ἓξ θηλείας· οὕτω γὰρ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐτιμῶντο ἓξ ἔχοντες βωμοὺς κατὰ δυάδα τιμώμενοι.
p. 17 adnot. l. 2: pro 80 lege 92.
p. 24 l. 32: pro οἷς lege οἷς.
p. 28 l. 22: pro aram lege ara.
p. 30 l. 23: pro ὁμοίως lege ὁμοίως.
p. 54 l. 9: pro Epicnemediis lege Epicnemidiis.
p. 61 adnot. l. 6: cfr. etiam Herbrecht., de sacerdotii apud Graecos emptione venditione, append. I.
p. 64 l. 3: pro Antonius lege Antoninus.
p. 65 adnot. l. 4: pro 91 lege 92.
p. 68 adnot. l. 2: pro Ζενόδοτος lege Ζηνόδοτος.
p. 74 adnot. l. 4: pro 94 lege 96; l. 5: pro 97 lege 98.
p. 75 adnot. l. 4: pro 97 lege 99.
p. 85 l. 25: pro attque lege atque.
p. 105: De cultu Delio deorum Aegyptiorum cfr. etiam Lafaye, histoire du culte des Divinités d'Alexandrie hors de l'Égypte, Paris 1883, p. 37; de isdem deis Romae cultis p. 44.
p. 127 l. 36: pro Υψιστος lege Ὕψιστος.
p. 128 l. 5: pro Μεινωήτες lege Μεινωήτης.